JACOBI ALOPIXII SESSITENSIS IN DISSERTATIONEM THEOLOGICAM ANONYMI DE...

Jacobus Alopixius

Volpi
346. 10

JACOBI ALOPIXII SESSITENSIS

IN DISSERTATIONEM THEOLOGICAM
ANONYMI
DE SACRAMENTI MATRIMONII
MINISTRO
EJUSQUE FORMA.

ANIMADVERSIONES CRITICÆ.

Sic nos exiſtimet homo, ut Miniſtros Chriſti, & diſpenſatores Myſteriorum Dei. Ad Epheſ. cap. 5.

Nullius Sacramenti diſpenſatio Laicis ex officio competit. D. Thom. Suppl. q. 31. art. 1.

1372

VENETIIS, MDCCLXII.
APUD SIMONEM OCCHI
SUPERIORUM PERMISSU.

LECTORI MONITUM.

Quæ ſit hujus Opuſculi ratio, & cauſſa, humane Lector, paucis accipito. Juvenem Eccleſiaſticum, genere nobilem, Presbyterio Cæſenatenſi adſcriptum, Chriſtiana morum doctrina imbuendum quum ſuſcepiſſet R. P. M. Matthæus Vulpius Ordinis FF. Præd. Theologus haud incelebris, in eo Tractatu, qui de Matrimonio inſcribitur, eumdem, ut ſibi caveret, admonuit, ab vulgari Scholaſticorum opiniona de illius Sacramenti Miniſtro, & forma, ipſique Cani ſententiam ſolam eſſe Patrum traditioni, atque Eccleſiæ praxi conſentaneam adeo perſpicue oſtendit, ut is, veluti de inventa margarita, exultans, & geſtiens, Compresbyteris ſuis, quod didicerat, conferre ſtatim ſategerit: quibus etiam concinnatum ab ſe pro ingenii facultate ſcriptum legendum tradidit, in quo ſelecta collegerat monumenta, queis exceptæ ab Inſtitutore ſuo doctrinæ veritas fulcitur. At eorum nonnulli, quibus id inauditum fuit, ac novitatem, ne dicam errorem, ſapiens, ægre quum ferrent, vulgarem ſententiam e pacifica, quam hucuſque Cæſenæ obtinuit, poſſeſſione deturbari, quemdam hujus rei certiorem fecere Theologum, a quo etiam facile impetrarunt, ut communis opinionis jura adverſus juveniles conatus tueretur, ac novum errorem, priuſquam latius ſerperet, initio præfocaret. Muneri ſibi demandato, quantum potis erat, ille ſatisfacturus, ſcriptam hoc de argumento Diſſertationem (ſic enim ipſe inſcripſit) ad omnes ejus Civitatis Theologos dedit, cujus item exemplar unum ad præfatum Vulpium miſit, quaſi hunc ad ſingulare provocans certamen, inani ſpe vincendi confiſus. Nedum priores male conſarcinatæ lucubrationis verſus curſim legerat Vulpius, quum ſtatim ex ungue leonem diſcens, ſtomachabundus ſcriptum projecit, illudque ſalſamentario primo occurrenti præbere conſtituit. Forte ad-

Digitized by Google

erat Alopixius, qui cauſſa indignationis perſpecta, vix ab Amico obtinuit, ut ſibi potius Anonymi Diſſertatio, licet inſulſa, commode legenda traderetur. Quamquam vero & Alopixius ipſe indignam vel lectu judicaverit, conſultius tamen duxit, eam data opera, tum ob controverſiæ dignitatem, tum ob Diſſertatoris, eorumve, qui parum cum ipſo ſapiunt, utilitatem refutare. Quod ab eodem ſactum eſt hiſce Criticis animadverſionibus paucos intra dies perſcriptis, quibus certe non modo errata quæque Anonymi palam prodidit, verum etiam Cani, doctiorumque Theologorum ſententiam optimo in lumine collocavit, noviſque, uti ſerebat occaſio, roboravit argumentis, adeo ut legentium nemo non ipſius veritatem vel ipſiſmet oculis cernere queat. Potuiſſet utique Alopixius, ut pote qui hominem plane rudem, & ignarum, de ſe tamen nimium præſumentem ſumpſerat impugnandum, potuiſſet, inquam, ipſius lepidum caput, pro merito, ſale multo ubertore conſpergere: ſed maluit abſtinere, ne ſcilicet rem ex ſe gravem, quæque ſerio agenda eſt, ſannionis inſtar, quod hoc tempore multi ſaciunt, in ridiculam verteret, atque etiam ne inofficioſus eſſet, ac permoleſtus ei, quem ex caritatis officio ab errore plurimo revocare, ac veritatem neceſſariam edocere cupiebat. Quare Diſſertatorem ipſum puto ſibi admodum gaviſurum, quod eum nactus ſit ſcriptiunculæ ſuæ Cenſorem, qui neminem lædere, omnibus prodeſſe contendit. Ceterum, ut facilius Theologi hujuſce quæſtionis judices ſedere poſſint, Anonymi Diſſertationem, qualis ex ejus calamo excidit, ad inſtar textus una cum Theologico-Criticis Animadverſionibus in eam ſuis typis edendam curavit. Qua profecto ratione agendi controverſias, atque Adverſarius refellendi melior & aptior alia eſſe nequit.

DE

DE SACRAMENTI MATRIMONII MINISTRO EJUSQUE FORMA.

LISSERTATIO THEOLOGICA

Ad Univerſos hujus Civitatis Theologos (1) *pro illius examine diſcuſſione* (2), *ſuffragio.*

PErvetuſtam de Sacramenti Matrimonii Miniſtro, ejuſque forma quæſtionem inter Melchiorem Canum, Eminentiſs. Bellarminum (3), permultoſque alios celeberrimos Authores ultro citroque agitatam, jamque ipſa vetuſtate antiquatam, ſilentio exſtinctam, alteque ſepultam (4), qui-

ANIMADVERSIONES.

(1) Theologos ſibi ſimiles in hac cauſſa diſſertatorem judices appellare puto, non eos, qui vere Theologi ſunt, eoque nomine digni, quorum judicium vereri potius debuiſſet.

(2) Vocabulum diſcuſſionis ſuperfluum videtur.

(3) Quum multis de Chriſtiana Rep. bene meritus ſit Melchior Canus, ex Ordine FF. Prædic. Epiſcopus Canarienſis, Summus Theologus, immo Theologorum Inſtitator: tum eo præſertim fuit, quod veterem, perpetuamque de Sacramenti Matrimonii Miniſtro, & forma Eccleſiæ Doctrinam e tenebris, quibus eam tricæ Scholaſticorum obduxerant, revocavit. Etſi vero argumenta, quibus eam roboraverat Canus, totis viribus convellere ſtuduerit Bellarminus, hujus tamen conſilium irrito plane conatu ceſſit, adeo ut poſtea longe plures, quam antea, Cani ſententia habuerit Sectatores

(4) Hiſtoriæ Theologicæ protſus ignarum ſe prodit Diſſertator. Quæſtio iſthæc tantum abeſt, ut hoc tempore ſit antiquata, altoque ſilentio extincta & ſepulta, ut numquam magis efferbuerit; quin etiam recentiores Theologi fere omnes, qui de Re Sacramentaria lucubrationes ediderunt, reprobata vulgari opinione, Cani ſententiam, utpote Veterum PP Doctrinæ, & Eccleſiæ inſtitutis magis conſonam, adprobarunt, vindicarunt, illuſtarunt. quos inter Card. Toleius, Maldonatus, Eſtius, Sylvius, Petrus Ledeſma, Petrus

quidam (5) hodie Vir doctiſſimus e tenebris revocat, ac reſurgere ſuſcipit (6), ad inquirendam ejus veritatem (7), iterum ad judicium compellit. Hic enim parvum ejus ſcriptum erga Sacramenti Matrimonii Miniſtrum, ejuſque formam tota hac in Urbe (8) in vulgus protulit, atque edidit: quod nudius tertius fortuito mihi nanciſci fateor (9). At cum videam, opinionem, Sacramenti Matrimonii Miniſtrum Contrahentes eſſe aſſerentem, ab ætate qua talis contractus civilis a Chriſto ad Sacramenti rationem evectus fuit, ſolam ſemper fuiſſe (10), uſquequo Canus floruit, qui quidem

---

ANIMADVERSIONES.

trus de Marca, Natalis Alexander, Juenin, l'Herminier, Gibertus, du Hamel, Serry, le Druin, Venroy, Piette, Tournely, Concina, & alii, quos Benedictus Pp. XIV. recenſet lib. VIII. de Syn. cap. 13.

(5) Iſte *Quidam* eſt F. Matthæus Vulpius Vercellenſis Ord. Præd. qui non revocet e tenebris quæſtionem hanc, ſed Cani ſententiam cum doctioribus Theologis propugnat, iiſque tradere ſtudet, qui veritati percipiendæ ſunt idonei.

(6) Num ea dictio latina ſit, an pejus aliquid barbariſmo, judicent Grammatici.

(7) Quæſtio nec veritatem habet, nec falſitatem, ſed de propoſitione tantum inquiritur, vera ne ſit, an falſa.

(8) Ob egregiam latini ſermonis proprietatem! Falſum eſt autem, quod Diſſertator tam audacter affirmet. Nullum ſiquidem vir doctiſſimus de hoc argumento ſcriptum concinnavit, ac multo minus edidit, ſparſitque in vulgus: monumenta dumtaxat, quibus vera Cani ſententia nititur, Eccleſiaſtico Juveni Moralis Theologiæ ſtudioſiſſimo indigitavit. Quum vero ille ob ſui privatam eruditionem eadem hinc inde collecta ſcripto mandaſſet, caſu, aut dolo malo contigit, ut ad alterius manus pervenerint, ac per eas ad Diſſertatorem, qui metuens, ne Clerus Cæſenatenſis novæ, ut ipſe quidem arbitraror, opinionis, aut hæreſis fermento infectos communem Scholaſticorum ſententiam abjiceret, hanc ad tam grande malum præcavendum procudit Diſſertationem, de qua judicium ferent Theologi, ſed qui vere docti ſunt, & ſapiunt.

(9) Heus tu, quid ais? Vapula.

(10) Papæ! Quis non miretur ampliſſimam Diſſertatoris noſtri eruditionem, qui hujuſce controverſiæ hiſtoriam ab ovo didicit, adeo ut confidenter afferere valeat, opinionem ſuam ab ipſo Chriſto

dem novæ ſententiæ author & inventor fuit (11), hancque (12) ſacrarum Litterarum Sanctorumque Patrum (13), Con-

ANIMADVERSIONES.

ſto nuptias benedicente ortum habuiſſe, ac deinceps ad Canum uſque ſolam ſemper in Eccleſia obtinuiſſe?

(11) Ceu Novatorem nobis traducere vellet miſerandus hic Diſſertator Melchiorem Canum Theologorum Inſtitutorem qui non Auctor, & inventor fuit, ſed reſtaurator dumtaxat ejus ſententiæ, quam ſemper Eccleſia tenuit, quamque docuerant etiam Guillelmus Pariſienſis Epiſcopus & Paludanus eodem tempore quo adverſa opinio invaleſcere cœpit in Scholis.

(12) Locos omnes Sacrarum Litterarum attente percurre, & ſi vel ullum verbum id expreſſe, aut implicite indicans invenies, quod præjudicate ſentis, manus tibi dabimus victas. At ne dedigneris fateri nobiſcum, Diſſertator Egregie, nullum e Scripturis monumentum pro alterutra opinione clarum erui poſſe, ſimulque hanc eſſe unam ex quæſtionibus iis, quæ Scripturarum teſtimoniis nequeunt definiri.

(13) Si Patrum ſcripta levi ſaltem verſaſſes manu, eos omnes utique vidiſſes, Cani, graviorumque Theologorum ſententiæ prælusiſſe. Lege imprimis Tertullianum, qui II. & III. Eccleſiæ ſæc. floruit, lib. 2 ad uxorem iſta ſcribentem: *Unde ſufficiamus ad enarrandam felicitatem ejus Matrimonii, quod Eccleſia conciliat, & confirmat oblatio, & obſignat benedictio &c.* Noveris porro, verbum *obſignare* apud Tertullianum idem eſſe, ac conſecrare, ut ex pluribus aliis ejuſdem teſtimoniis tibi oſtendere poſſem. Igitur per Tertullianum, qui id ex Apoſtolorum recenti traditione acceperat, nuptiæ conſecrantur, ſeu Sacræ fiunt, ſive Sacramentum, per Eccleſiæ benedictionem, quam Sacerdos impertit poſt oblationem.

Clarius adhuc id explicat Ambroſius ſæc. IV. in epiſt. ad Vigilium: *Cum ipſum*, inquit, *conjugium velamine Sacerdotali, & benedictione ſanctificari oporteat, quomodo poteſt conjugium dici, ubi non eſt fidei concordia?* Alludit hic Ambroſius ad veterem Eccleſiæ ſuæ ritum, quo Sacerdos velamine ſponſorum capita obumbrabat. Dicens autem, oportere nuptias ſanctificari Sacerdotali benedictione, ſatis aperte innuit, non alia via eas ſanctificari, hoc eſt fieri Sacramentum, quam Sacerdotis benedictione: quæ propterea non erat ex Ambroſii mente cæremonia dumtaxat accidentaria, ſed intrinſeca & eſſentialis.

Idipſum haud obſcure docuit Siricius Pp. Ambroſio ſuppar epiſt.

 ad

Conciliorumque omnium authoritatibus (14), ac rationibus luculentiſſimis (15) præditam ſemper fuiſſe, nec non ſemper id fere omnes omni doctrina, ſcientiaque Viros ſemper ſenſiſſe (16), inter quos S. Thomas (17), Emin. Bellarminus, Emin. Toletus (18), Eminent. Gotti Dominicanus,

---

ANIMADVERSIONES.

ad Hymerium cap. 4. ſcribens : *Illa benedictio, quam nupturæ Sacerdos imponit, apud Fideles cujuſdam ſacrilegii inſtar eſt, ſi ulla tranſgreſſione violetur*. Jam vero ſi violare tranſgreſſione aliqua benedictionem, quam nuptis Sacerdos imponit, ſacrilegii inſtar habetur, quid aliud inde inferri poteſt, niſi nuptias per eam benedictionem ſacras fieri, ſive Sacramentum?

(14) Dum omnia Concilia ſuæ favere opinioni Diſſertator, ſimplicibus imponens, ait, unum ſaltem nobis attuliſſet. Quod quum non egerit, argumento eſt, id non potuiſſe, adeoque non ratione, ſed caſu eum loqui, quæ ignorat. Verum de Conciliis Florentino, & Trident. Œcumenicis, aliiſque Provincialibus alias erit ſermo. Hic ſolum Canonem decimumtertium Concil. Carthagin. IV. an. 398. celebrati, cui adfuit Auguſtinus, adferemus, hæc ſtatuentem. *Sponſus, & ſponſa, cum benedicendi ſunt a Sacerdote, a parentibus ſuis, vel paranymphis offerantur, qui cum benedictionem acceperint, pro reverentia ipſius benedictionis in virginitate permaneant, prima ſcilicet nocte*. Si benedictio illa, quæ per Diſſertatorem eſt accidentaria, non acceſſiſſet, confectum nihilominus per eum fuiſſet conjugii Sacramentum, tuncque nulla cauſa fuiſſet, cur conjuges ſe abſtinerent, quia ſoli benedictioni eam reverentiam deferendam eſſe PP. Carthaginenſes præſcribunt. At plus ne accidentariæ benedictioni, quam ipſimet Sacramento tribuendum erat? Quis jam demens id audeat afferere? Igitur non alia ratione ob reverentiam Sacerdotalis benedictionis abſtinere juſſi ſunt novi conjuges prima nocte, niſi quia ea benedictione ſacratæ ſunt nuptiæ, atqua ad Sacramenti dignitatem evectæ.

(15) Rationum momenta expendentur infra ſuis in locis.

(16) Falſum id eſt quam quod maxime, uti conſtat ex dictis num. 4. & 11.

(17) Mens Angelici Doctoris quæ fuerit, infra demonſtrabitur num. 29.

(18) Card. Toletus ex parte noſtra eſt. Nam in Inſtruct. Sacerd. Coloniæ impreſſa anno 1601. lib. 7. cap. 7. De Matrim. hæc ſcribit. *Efficiens cauſſa Matrimonii ſunt ipſi Contrahentes, in quantum*

eſt

nus, Sotus, Suárez, Rebello, Coninch, Magiſter Sentent. (19) Thomas Sanchez, Flores, Vega, Enriquez, Gregorius de Val., & Henno, aliique quamplurimi (20). Qua de re opinionem illam, Sacramenti Miniſtrum Matrimonii Contrahentes, nec non ipſorum Contrahentium verba formam eſſe efferentem, æquo animo tuendam aſſumo. Et ut clarius eluceſcat, primitus oppoſitæ ſententiæ fundamenta convellere ſecundum eſt.

In primis oppoſitæ ſententiæ Defenſor ad eam comprobandam de Concilio Tridentino mentionem faciebat. Aſt gratis aſſeritur, ita Concilium loquutum eſſe. Nam Concilium citate non valet: ſed ex illius verbis ita colligi oſtendere fas eſt, ad quod numquam perveniet (21)..

Pa-

ANIMADVERSIONES.

eſt contractus quidam: at vero ut Sacramentum, Deus eſt cauſſa principalis, Miniſter eſt cauſſa inſtrumentalis, ſicut in aliis Sacramentis. Incautos igitur fallit Diſſertator, dum eam cum aliis ſibi faventibus laudat.

(19) Hunc priore loco nominare debuerat, ut pote Scholaſticorum Ducem: qui tamen, ut inferius notabitur, de Matrimonio pertractans, non ſemel ab Eccleſiæ doctrina receſſit.

(20) Etſi hujuſmodi Scriptorum millia recenſuiſſet, nihilo probabiliorem effeciſſet opinionem ſuam Diſſertationis Conſarcinator; quum omnes ii quæſtionem hanc ex inſtituto, ac ſepoſitis, uti par eſt, præjudiciis non expenderint, ſed poſteriores priorum, clauſis oculis, & pecudum more, veſtigiis inſtiterint. Uno excepto Divo Thoma, quem revocata Magiſtri opinione, noſtram poſtea ſententiam adoptaſſe contendimus, ſolus Melchior Canus eſſet tum ingenii præſtantia, tum operum dignitate, atque utilitate iis omnibus præferendus. Sed miſſa quavis comparatione, quæ res odii plena eſt, ac invidiæ, ultro concedimus, majorem ſive Theologorum, ſive Canonici juris. Interpretum numerum nobis ex adverſo ſtare: attamen dicimus etiam, quæſtionem hanc eſſe, non Scholaſticorum numero, & auctoritate, ſed veterum Patrum traditione, atque argumentorum pondere definiendam.

(21) Quamquam monumentorum ſententiæ noſtræ Collector auctoritatem Concilii Trident. dumtaxat laudaverit, quin ejuſdem verba quoque retulerit; hoc tamen ab eo factum eſt, tum brevitatis gratia, tum quia poterat quiſque Concilii textus ſuis in locis perle-

Pariter quidem Concilium Coloniense, immo incaute, ut ita dicam, productum fuit pro ſententia Cani. Quinimmo contrarium

ANIMADVERSIONES.

legere, ſimulque ex iis facile deprehendere, quænam fuerit Patrum Tridentinorum mens in hac controverſia. Licet autem hac de re nihil expreſſe Concilium definire voluerit: ex ipſius tamen loquendi modo immediata, & evidenti conſecutione colligitur, Miniſtrum Sacramenti Matrimonii eſſe Sacerdotem, ſive Parochum, ac benedictionem Sacerdotalem ejuſdem eſſe formam. Et nunc Diſſertator, adverte, an id efficere valeamus. Imprimis ſeſs.24. cap. 1. de reform. Matrim. hæc habentur: *Ad celebrationem Matrimonii in faciem Eccleſiæ procedatur, ubi Parochus, viro, & muliere interrogatis, & eorum mutuo conſenſu intellecto, vel dicat: Ego vos conjungo in nomine Patris &c. vel aliis utatur verbis, juxta receptum uniuſcujuſque Provinciæ ritum*. Si verba Contrahentium ſunt forma hujus Sacramenti, ipſique Contrahentes ſunt ejus Miniſtri, nec verba Sacerdotis benedicentis ad eſſentiam Sacramenti requiruntur, & ipſe Sacerdos eſt ejus teſtis dumtaxat præcipuus, quid neceſſe erat præſcribi a Tridentino, ut Parochus ſponſos conjungeret, atque id agens, vel deſignatis verbis, vel aliis juxta Provinciarum ritum uteretur? Nonne teſtimonium ſola præſentia ferre poteſt Parochus, ſicut & ceteri teſtes? Quid ergo eſt opus, eum uti verbis benedictionis, conjunctionem ſignificantibus, ſi hæc neceſſaria non ſunt, ſed accidunt Sacramento, nec conjunctionem efficiunt, ſed factam ſupponunt? Præterea eodem capite ſtatuit Concilium, benedictionem conjugii dandam eſſe a proprio Parocho, nec alium Parochum, aut Sacerdotem alterius Parœciæ ſponſos ſine illorum Parochi licentia Matrimonio conjungere poſſe, aut benedicere, ſecus ipſo jure manere ſuſpenſum. Tanti ne porro momenti habita fuit a PP. Tridentinis cœremonia mere accidentaria, ut pro illius uſurpatione Canonicam pœnam, eamque gravem, infligendam putaverint? Sane mihi videtur ſimilis hæc ſuſpenſio lata a Tridentino ei, quæ legitur in Jure Canonico lata in Epiſcopum qui alterius Diœceſis Clericum ſine ipſius Epiſcopi licentia ordinare præſumit. Quemadmodum ergo lata eſt in Epiſcopum ita ordinantem ſuſpenſio, eo quod cœremoniam non accidentariam, ſed eſſentialem ad alterius juriſdictionem pertinentem uſurpat: ita dicendum eſt pariter, latam fuiſſe a Tridentino ſuſpenſionem in Sacerdotem ſine licentia Parochi ſponſos conjungentem, quia non accidentariam, ſed eſſentialem cœremoniam ad Parochi jus, & officium ſpectantem audet uſurpare.

De-

rium luculenter evincitur. Inquit enim: *Verbum itaque hujus Sacramenti, quo accedente ad elementum fit Sacramentum, id nimirum eſt, quo ambo, Mas, & Femina, cum pietatis reſpectu, quæ in Deum eſt, ſibi mutuo fidem conjugalem dant, accipiuntque, nec quovis modo, ſed Dei nomine conjunguntur, & copulantur* (22).

Ceteræ poſtea Concilia Provincialia, atque Ritualia nullius momenti eſſe videntur. Nam dicunt, Sacerdotem Miniſtrum eſſe Matrimonii, non quia Sacramentum conficit, ſed quia ad ejus Cœremonias, & ſolemnitatem principaliter concurrit (23). Quod ſane inſinuat Concilium Viennenſe ſub Cle-

---

ANIMADVERSIONES.

Denique melior Conc. Tridentini interpres nemo eſſe poteſt S. Carolo Borromæo. At is Parochum ita Miniſtrum appellat ordinarium, ſive ex officio, Matrimonii, ſicut & Baptiſmi, Euchariſtiæ, Pœnitentiæ, & Extremæ Unctionis: nam parte 4. Actorum Eccl. Mediol. hæc inſeri curavit, nempe: *Quinque dumtaxat eſſe Sacramenta, quæ Parochus ex officio ADMINISTRARE poteſt, Baptiſmum, Euchariſtiam; Pœnitentiam, Matrimonium, & Extremam Unctionem.*

(22) Incaute potius Diſſertator ipſe Concilii Colonienſis allatis verbis abutitur. Neque enim ait Concilium, Matrimonium fieri Sacramentum per ea ſimpliciter verba, quibus conjuges mutuo ſibi fidem dant, accipiuntque, ſed per illa præterea, quibus in Dei nomine conjunguntur, & copulantur. Subdit quippe: *nec quovis modo &c.* Porro verba, quibus non quovis modo, ut infideles, ſed Chriſtianorum more, in Dei nomine, conjuges copulantur, non illa ſunt, quibus ſibi mutuo conjuges fidem dant, & accipiunt, ſed ea quibus Sacerdos, tamquam Dei Miniſter, eos in ipſius nomine conjungit. Ceterum Colonienſis Concilii Patres ſuam hac de re mentem clarius aperuerunt in Enchiridio juſſu ejuſdem Concilii edito, ubi cap. penult. De Matrimonio dicitur: *Quanto magis putandum eſt, in nova lege Sacerdotes, qui pro eo* (Deo) *legatione funguntur, legitimos hujus Sacramenti Miniſtros eſſe?* Quibuſnam quæſo te, luculentioribus verbis uti debuiſſet Concilium, ut doceret, verum, & proprium, eſſentialemque Sacramenti Matrimonii Miniſtrum eſſe Sacerdotem? Notandum vero, Concilium hoc habitum eſſe ante Tridentinum an. ſcilicet 1536. & prius etiam, quam aurea Cani Opera edita eſſent, ac evulgata.

(23) Quam feſtivus eſt Conſarcinator iſte, qui uno verbo plurium

Digitized by Google

Clemente V., lata in Religioſos Matrimonia celebrantes excommunicatione (24), vocantur aſſiſtentes Matrimonio, non *conficientes*, ſed *ſolemnizantes* (25). Et non deſunt permulta alia Concilia Græcorum, Latinorumque (26), ut ait Martenius Volum. 2. De antiquis ritibus. Deinde ex quo Sacerdos eſt Miniſter aliorum Sacramentorum, attamen non eſt neceſſe, ut ſit etiam in Sacramento Matrimonii. Nam cetera Sacramenta contractus ratione carent; id enim proprium eſt Matrimonii, quia contractus quidam eſt: natura autem contractus id exigit, ut contrahentes ſui contractus ſint cau-
ſæ

• ANIMADVERSIONES.

riam tum Conciliorum, tum Ritualium auctoritatem eludit, in quibus expreſſe habetur, vel Sacerdotes eſſe Miniſtros in Dei nomine ſponſos conjungentes, vel ipſorum verba eſſe formam hujus Sacramenti! Sed ipſe nolens, ac neſciens gladio ſuo ſe jugulat. Nam dum ait, Sacerdotem Matrimonii Miniſtrum appellari, quia ad ejus cæremonias, & ſolemnitatem principaliter concurrit, ſe ipſum neceſſario etiam cogit, ut confiteatur, eum eſſe verum Sacramenti Miniſtrum. quum non alia ratione Matrimonium fiat Sacramentum, quam per ſacram benedictionem, quæ eſt cæremonia præcipua ad id ſemper ab Eccleſia adhibita. Si autem reponat, eam cæremoniam eſſe dumtaxat accidentariam, id nos perpetuo negabimus, oppoſitum demonſtraturi ſuis in locis.

(24) Deeſt aliquid profecto ad ſermonis ſenſum perficiendum.

(25) Dum Concilium Viennenſe Sacerdotes vocat aſſiſtentes Matrimonio, non ipſum conficientes, quam propriiſſime loquitur. Conficiunt enim Matrimonium in ratione contractus ipſi conjuges, huicque contractui Sacerdos tantum adeſt, ut Teſtis auctoritatis. At vero dum idem Concilium eos quoque vocat ſolemnizantes Matrimonium, ſatis per hoc indicat, eos eſſe Matrimonii, ut Sacramentum eſt, Miniſtros, quia Matrimonium conſecratur, & fit Sacramentum per ſolemnem illam benedictionem, qua Sacerdos conjuges, in Dei nomine, ut ipſius Miniſter, benedicendo conjungit. Juſte autem lata eſt in Religioſos Matrimonia celebrantes excommunicatio, quod ſibi jus, & officium Parochorum uſurparent.

(26) Non deſunt profecto Græcorum, Latinorumque plura, non ſolum Concilia, ut imperite ait Confarcinator iſte, ſed etiam Ritualia apud Martene loco laudato; ſed ea cuilibet legenti conſtabit, ſententiæ noſtræ favere. quod vir bonus non animadvertit.

Google

ſæ (27). Et eo magis mirum non eſt, ſi Sacerdos debeat eſſe Miniſter aliorum Sacramentorum, quoniam in iis actus ſuſcipientium non ſufficiunt ad inducendum effectum Sacramenti, e. g. abſolutionem a peccatis. Aſt in Matrimonio contrahentes ſufficientes ſunt ad inducendum effectum (28). Hinc D. Thomas in 4. Sent. diſt. 28. q. unica, art. 3. ait: *In Matrimonio autem actus noſtri ſunt cauſſa efficiens ad inducendum proximum effectum, vinculum ſcilicet, & ligamen, quia quicumque eſt ſui juris, poteſt ſe alteri obligare. Et ideo Sacerdotis benedictio non requiritur in Matrimonio, quaſi de eſſentia Sacramenti* (29). Deinde & ego concedo, eamdem debere

---

ANIMADVERSIONES.

(27) Utinam diſtinguere noſſet Diſſertator in Matrimonio a ratione contractus Sacramenti rationem! Deprehendiſſet enim, ſponſos eſſe quidem Miniſtros ipſius, ut eſt contractus, & Sacerdotem quoad hoc eſſe dumtaxat teſtem auctoritatis: at vero eumdem Sacerdotem eſſe Matrimonii, ut eſt Sacramentum, Miniſtrum; quum in hoc non differat Matrimonium a ceteris Sacramentis, ut ex adducendis infra D. Thomæ teſtimoniis conſtabit.

(28) Contrahentes ſufficiunt equidem ad inducendum effectum Matrimonii, ut eſt contractus; atque hic effectus eſt vinculum conjugale, quod eſt Matrimonio ex ipſa Dei inſtitutione adnexum, atque ideo haberur etiam in Matrimoniis Infidelium, quæ non ſunt Sacramenta: non autem ad inducendum effectum Sacramenti, qui eſt gratia; hæc enim ſolum conferri poteſt per Sacramentum a Sacerdotibus Dei Miniſtris.

(29) Utique D. Thomas in Commentariis ſuper Libros Sententiarum Magiſtri opinionem ſequutus, arbitratus eſt, Sacerdotis benedictionem ad eſſentiam Sacramenti Matrimonii nequaquam pertinere. Verum cum plures opiniones, quas in Opere illo, quod juvenis adhuc conſcripſit, tenuerat, adultior, atque ſapientior effectus, in poſterioribus ſcriptis, præſertim in Summa, revocaverit, conjectare probabiliter poſſumus cum Franciſco Sylvio, celebri ejus Summæ Commentatore, futurum ut, ſi ultimam manum ſuæ Summæ appoſuiſſet Angelicus, doctorus & ipſe cum Guillelmo Epiſc. Pariſienſi & Paludano fuiſſet, Sacerdotem eſſe hujus Sacramenti Miniſtrum, ipſiuſque formam eſſe Sacerdotis benedictionem. Cujus conjecturæ probabilitas eo magis augetur, quod idem S. Doctor tum in Summa contra Gentes, tum in ea, quam morte præventus integre non abſolvit, certa quædam conſtituit principia, quæ profecto vera eſſe

bere eſſe conditionem in Sacramento Matrimonii, ac in aliis quantum ad materiam, formam, & Miniſtrum (30). Aſt ex

ANIMADVERSIONES.

eſſa nequeunt, niſi verum ſit etiam, quod cum iis eſt neceſſario conjunctum, quodque nos acriter invicteque propugnamus. Nam lib. 4. cont. Gen. cap. 73. docet, ea *in quibus gratia illuminans confertur, exhiberi ſolum poſſe a Sacerdotibus* & cap. 78. *Matrimonium*, inquit, *inquantum ordinatur ad bonum Eccleſiæ, oportet, quod ſubjaceat regimini Eccleſiaſtico. Ea autem, quæ populo per miniſtros Eccleſiæ diſpenſantur, Sacramenta dicuntur.... Matrimonium igitur eſt Eccleſiæ Sacramentum. Unde, & quædam benedictio nubentibus per miniſtros Eccleſiæ adhibetur*: & 3. p. q. 83. art. 3. ad 8. *Diſpenſatio*, inquit, *Sacramentorum pertinet ad Miniſtros Eccleſiæ*: & 2. 2. q. 100. art. 2. ad 6. ait: *Secundum jura prohiberi, ne pro benedictione nuptiarum aliquid exigatur, quia Matrimonium eſt Eccleſiæ Sacramentum*. Denique in Supplem. q. 22. art. 2. *Sacramenta*, inquit, *in quibus gratia confertur, diſpenſare ad ſolos Sacerdotes pertinet* & q. 31. art. 1. *Nullius Sacramenti diſpenſatio laicis ex officio competit* & q. 59. art. 2. ad 1. *Matrimonium, ſecundum quod eſt Sacramentum, conſiſtens in diſpenſatione Miniſtrorum Eccleſiæ, non competere infidelibus*, docet. Quibus in locis manifeſte conſtat, eadem nobiſcum aſſerere D. Thomam, nimirum diſpenſationem ſeu Miniſtrationem Matrimonii, ut eſt Sacramentum, ad ſolos Sacerdotes pertinere, ſicut & aliorum Sacramentorum, laicis autem ex officio non competere: benedictionem dari nubentibus per Eccleſiæ Miniſtros, quia Matrimonium eſt Sacramentum, eaque ratione nihil habere commune cum Matrimoniis infidelium Conjugia Chriſtianorum. Quid ergo aliud expreſſius dicendum ſupererat, niſi Sacerdotes Miniſtros eſſe hujus Sacramenti, eorumque verba quibus conjuges benedicuntur, ipſius eſſe formam? Sed hoc in allatis principiis implicite continetur, nec aliud profecto ex iis neceſſario poteſt inferri.

(30) Non in hoc ſita eſt par conditio Sacramenti Matrimonii, ac ceterorum, ut habeant generatim materiam, formam, & Miniſtrum; ſed in eo, quod ſicut in aliis Sacramentis Miniſter eſt Sacerdos, ac diſtinguitur a ſuſcipientibus, ita & in Matrimonio. Et ſane Apoſtolus, qui Matrimonium, Græce ſcribens ad Eph. cap. 5. *magnum myſterium*, quod Latinus interpres vertit *magnum Sacramentum*, appellat, ejus Miniſtros, ac diſpenſatores nominat Apoſtolos, & Sacerdotes, ſicut & aliorum Myſteriorum ſive Sacramentorum, inquiens 1. ad Cor. c. 4. *Sic nos exiſtimet homo, ut Miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei*.

Google

ex hoc numquam deduci poteſt, miniſtrum Sacramenti Matrimonii debere eſſe Sacerdotem, non vero laicos Contrahentes. Etenim quamvis æqualis eſſe debeat conditio in omnibus Sacramentis, tamen Baptiſma collatum a Laico validum eſt in ratione Sacramenti (31). Cur non ergo Matrimonium, cum idem contractus civilis elevatus fuerit a Chriſto ad Sacramenti rationem?

Falſum pariter eſt, Contrahentes non habere intentionem conferendi, ſed ſuſcipiendi Matrimonii Sacramentum (32). Nam licet explicite non intendant facere Sacramentum: implicite tamen volunt facere, quod vident ab aliis Fidelibus fieri, vel quod facit Eccleſia; & conſequenter cum hi faciant Sacramentum, volunt & facere illi. Unde ſicut neſcientes, Matrimoninm eſſe Sacramentum, illud tamen ſuſcipiunt (33), ſi idem velint, quod alii: ita neſcientes, ſe eſſe illius Miniſtros, illud tamen miniſtrant, ſi facere velint, quod ſolet ab aliis fieri; quia intentio implicita ſufficit ad Sacramenti confectionem, ſicuti ad illius ſuſceptionem. Quemadmodum Baptiſma ab Hæreticis collatum validum eſt, licet expreſſam non habeant intentionem: cur etiam validum non erit Matrimoninm, ut Sacramentum (34)?

Fal-

ANIMADVERSIONES.

(31) Mirum eſt, quod Diſſertator ignoret, hoc proprium ſolius eſſe Baptiſmi, ut pro ſui neceſſitate extra ordinarium poſſit habere Miniſtrum quemcumque laicum cujuſvis ſexus, etiam infidelem; indeque argumentetur ad probandum Contrahentes Sacramenti Matrimonii ordinarios eſſe Miniſtros. Ubinam gentium artem hic didicit ratiocinandi?

(32) Contrahentes habent intentionem conficiendi quidem contractum, non tamen Sacramentum, quod ſolum a Parocho percipere intendunt; hoc enim eſt, quod ab aliis laicis fieri vident: Miniſtratio autem Sacramenti eſt id quod facit Eccleſia per Sacerdotes Miniſtros ſuos, quodque Laici perficere nequeunt.

(33) Si Diſſertationis Conſarcinator eſt Parochus, uti fertur, ſcire utique debuiſſet, par conjugum eſſe matrimonio in Eccleſia conjungendum, niſi prius didicerit, illud eſſe unum ex ſeptem Sacramentis.

(34) Hæc argumentandi ratio ex eadem Logica deſumpta eſt, ac ea de Miniſtro Baptiſmi num. 31. Noverit autem Diſſertator,

ut

Falſum eſt etiam, Parochum non admonere Contrahentes, ut ipſi conficiendi Sacramentum intentionem habeant. Licet enim multi id non agant, quid inde? Ergo erit Sacerdos Miniſter hujus Sacramenti (35)? Nonne enim Parochi ſciunt ſufficere ſolam intentionem implicitam, ſcilicet faciendi, quod alii faciunt, vel quod facit Eccleſia, quam omnes habent profecto? Unde non eſt, cur ipſi debeant eos admonere.

Superfluum quidem eſt reſpondere ad paritatem de Miniſtro Sacramenti Pœnitentiæ, cum ſatis ſuperius reſponſum dede-

---

ANIMADVERSIONES.

ut obloqui tandem deſinat, collatum ab hæreticis baptiſma verum eſſe Sacramentum, quia dum illud adminiſtrant, facere intendunt, quod vera facit Eccleſia: Contrahentes autem Matrimonium non conficere Sacramentum, quia non intendunt facere, ſed tantum ſuſcipere, quod Sacrum in eis facit Eccleſia. Hæc enim per Miniſtros ſuos Sacerdotes contractum non facit, ſed ipſi faciunt Contrahentes: Contractum vero per ſponſorum verba initum, & completum Eccleſia per Miniſtros ſuos conſecrat, confirmat, ac benedicit iis verbis: *Ego vos conjungo &c.* vel aliis æquivalentibus, quibus certe copulantur Sacramentaliter conjuges per Sacerdotem a Chriſto, uti docet Concilium Remenſe anno 1583. celebratum, inquiens: *Nuptiis completis ita ſe componant conjuges, ut putent, ſe non a Sacerdote, ſed per eum a Chriſto conjugiorum præſule conjunctos.* Quare uſque dum Parochus nuptiis non benedicit, conjugium coram Parocho, ac duobus teſtibus celebratum rationem quidem habet contractus, non item dignitatem Sacramenti.

(35) In quibuſnam Ritualibus jubentur Parochi conjuges admonere, ut ipſi conficere, tamquam Miniſtri, Matrimonii Sacramentum intendant? Quod certa præſcribere non omiſiſſet Eccleſia, ſi hæc foret ejus mens, & ſententia, quemadmodum alia multa præſcribit, quæ ſcire conjuges tenentur. Dum vero formam, & cæremonias benedicendi ſponſos Parochis tam exacte præſcribit, iis tacite ſimul inſinuat, ut non alios, quam ſeipſos habeant hujus Sacramenti adminiſtros. Ignorat autem, quid ſibi dicere velit Diſſertator, dum ait, ſufficere ſolam intentionem implicitam faciendi &c. Nam intentio ſive faciendi, quod facit, ſive ſuſcipiendi, quod per Miniſtros ſuos confert Eccleſia, non ſufficit implicita, ſed expreſſa requiritur: in hac vero expreſſa intentione implicite involvitur intentio vel conficiendi, vel recipiendi Sacramentum.

Google

dederim (36), ac pariter concedo, Sacramentum Matrimonii diſtinctum eſſe a contractu civili (37).

Quantum poſtea ſpectat ad formam Sacramenti Matrimonii, neceſſe non habeo, ut in hoc convellendo magnopere laborem. Etenim prima, & ſecunda difficultas nihil probat, ſed ſilere conducit (38); cùm ad probandum ſuſcipit, quod eſt in quæſtione (39).

Deinde quamvis verba contrahentium ſint res civiles, & naturales, tamen ex adjuncta ſignificatione, & efficientia gratiæ plane ſacra ſunt (40). Quare verba illa: *Ego te accipiam*

ANIMADVERSIONES.

(36) Argumentum, quod diſſolvere ſupervacaneum putat Diſſertator, hujuſmodi eſt. Quemadmodum in Pœnitentia uprime diſtinguimus virtutem, & Sacramentum, ita & in Matrimonio contractum humanum ſecernere oportet a Sacramento. Sicut ergo Pœnitentiæ virtutis Miniſter non eſt Sacerdos, ſed ſolus pœnitens ejuſdem præſtat officia: ita & Matrimonii, ut eſt contractus, cauſſa quidem effectrix ſunt ipſi conjuges, ut autem eſt Sacramentum, cauſſa perficiens, ſeu Miniſtar eſt Sacerdos. An huic argumento ſatisfecerit Theologus iſte vulgaris, Lectores dijudicare poterunt ex iis quæ num. 27. & 28 harum Animadverſionum habentur.

(37) Cur periter non concedit, diſtinctum eſſe a cauſſa contractus effectrice Sacramenti Miniſtrum?

(38) Tam barbare loquitur hic homo, ut pudeat in eo refellendo tempus prodigere.

(39) Monumentorum ſententiæ noſtræ Collector poſteaquam demonſtraſſet, Miniſtrum Sacramenti hujus eſſe Sacerdotem, inde confectarii loco intulit, ipſius formam eſſe verba benedictionis a Sacerdote ſuper conjuges prolata. Quod prius explicare, ſubinde vero novis argumentis demonſtrare ſtuduit; Unde ad id probandum non aſſumpſit quod vertitur in quæſtionem.

(40) Verba Contrahentium non ſunt res, ſed ſignificant rem naturalem, & civilem, mutuam ſcilicet corporum traditionem, ex hominum inſtituto. Undenam vero accepit vulgaris Theologus, eadem habere adjunctam tum ſignificationem unionis Chriſti cum Eccleſia, tum efficientiam gratiæ? Si enim haberent, prolata quoque ab Infidelibus id haberent. Quemadmodum (ut arma, quibus nos petit Diſſertator, in ipſum retorqueamus) baptiſmi verba, quia ex inſtitutione Chriſti habent, quod ſignificent, & efficiant gratiam primam regenerationis, etiam ab Infideli ſerio prolata ſuper

Google

cipiam in meam &c. nonne habent apud Ethnicos, & apud Fideles ? Apud illos enim ſolum Contractum civilem efficiunt, & ideo verba ſacra proprie dici nequeunt: apud Chriſtianos autem quia unionem ſignificant non ſolum corporum, ſed etiam animorum, vel ſimilitudinem unionis Chriſti, & Eccleſiæ, & ſanctificant homines, ſacra verba merito dicuntur, & ſunt. Quemadmodum verba Baptiſmi ab Infidelibus ſine ulla Religione pronunciantur, & tamen quia ex inſtitutione ſua ſunt verba ſacra, & cum intentione faciendi, quod Chriſtiani faciant, pronunciantur, Sacramentum efficiunt.

Mirum deinde eſſe non debet, Sacramentum Matrimonii fieri per nutus, & ſigna (41). Nonne enim hujuſmodi ſigna

ANIMADVERSIONES.

puerum, eamdem ſignificationis, & efficientiæ vim habent: unde Baptiſma a Judæo collatum in nomine Trinitatis validum declaravit in reſponſis ad Bulgaros Nicolaus I. Itaque verba conjugum exprimunt quidem interiorem ipſorum conſenſum, ac Matrimonii contractum efficiunt, ſed ſacra minime ſunt in ratione ſigni, & cauſſæ: verba autem, quibus eos Sacerdos benedicens in nomine Chriſti conjungit, ea ſunt, quæ conjunctionem ſignificant Chriſti cum Eccleſia, & gratiam efficiunt, qua conjuges caſto amore ſe diligant. Hæc ſunt verba, quæ nihil habent commune cum verbis Infidelium, ſicuti neceſſario eſſe debent verba, quæ formæ ſunt Sacramentorum. Ejuſmodi vero non ſunt verba illa, quibus conjuges ſibi mutuo fidem præbent. Hinc Matrimonium nonniſi apud Catholicos eſt Sacramentum, atque etiam tunc ſolum, quando celebratur ritibus ab Eccleſia præſcriptis.

(41) Doctrinam plane novam nobis hic obtrudit eximius Theologus, eruditione ſua ſingulari dignam, ſed toti Eccleſiaſticæ antiquitati ignotam. Exemplo autem eam declarat, quod ſi ceterorum Sacramentorum formis accommodetur, æquo jure dici poterit, eas per nutus, & ſigna poſſe ſuppleri. Si hoc neget, nos ab ipſo poſtulabimus, qua ratione demonſtret, hoc ſolius eſſe Matrimonii privilegium. Nobis equidem conſtat, contractum Matrimonii, ſicut & Pœnitentis Confeſſionem, fieri poſſe per nutus, & ſigna, formam autem hujus Sacramenti, ſicut & abſolutionem a peccatis, quæ eſt forma Sacramenti Pœnitentiæ, nullo modo. Ex Auguſtino namque, immo ex ipſa Eccleſia didicimus, *accedente verbo*, non nutu, aut ſigno, *ad elementum*, quodlibet fieri Sacramentum. Et ſane quomo-

gna æquivalent, voci, ad eum modum, quo ſi aliquem ſignis vocarem, perinde eſſet ac ſi voce vocarem. Etenim Chriſtus elevavit contractum Matrimonii ad dignitatem Sacramenti, nihil innovando de materia, & forma (42). Unde ſicuti valide fieri poteſt Matrimonium in ratione contractus per nutus, & ſigna, cur etiam in ratione Sacramenti? Eo vel maxime quia Sacramentum Matrimonii valide fieri poteſt in abſentia, & per Procuratorem, quo privilegio cætera Sacramenta non pollent (43). Nihil ergo eſt, cur non poſſit Sacramentum Matrimonii fieri per nutus, & ſigna.

Con-

ANIMADVERSIONES.

modo exponet vulgaris iſte Theologus doctrinam Eugenii IV. quam infra nobis objectat, ajentis in celebri Decreto ad Armenorum inſtructionem edito, omnia, nullo excepto, Sacramenta tribus conſtare, rebus tamquam materia, VERBIS tamquam forma, & perſona Miniſtri? Præterea ſi nutus, ſigna, & facta vices formæ ſupplere in hoc Sacramento aliquando poſſunt, etiam carnalis copula, coram Parocho, & teſtibus, animo maritali facta ab iis, qui ſponſalia antea contraxerunt, eſſet forma hujus Sacramenti. Atqui nullam habet veri ſpeciem, Chriſtum inſtituiſſe pro forma hujus Sacramenti, quod abſque piaculo fieri nequit.

(42) Viden' lepidiſſimam rationem? Chriſtus profecto nihil innovavit de materia, & forma contractus Matrimonii, ſed ejus materiam & formam ſimul ſumptas hujus Sacramenti materiem deſignavit, cujus formam in aliqua ſpirituali, ſenſibili, ac verbali benedictione conſtituit, ejus determinationem in individuo Eccleſiæ relinquens. Nam ipſe tunc inſtituit conjugii Sacramentum, quando nuptiis in Cana Galilææ præſens benedixit, uti poſt Patres Concilii Epheſini I. docent S. Cyrillus Alex. in epiſt. ad Neſtorium, & lib. 2. in Joan. Epiphanius hæreſi 67. & S. Maximus hom. 1. de Epiphania, aliique.

(43) Compertum non eſt, Matrimonium per Procuratorem contractum eſſe Sacramentum. Non enim deſunt Theologi, qui id inficiantur, inter quos Durandus, Cajetanus, & Eſtius. Attamen hoc ultro admiſſo, tunc ſolum illud fieri, & eſſe dicimus Sacramentum, non quando matrimonii contractus celebratur per Procuratorem, ſed quando ipſi conjuges præſentes contractum complent, ac ratum habent coram Sacerdote benedicente. Nam contractus quidem per Procuratorem iniri poſſunt. Sacramenta vero pariter ſuſcipi nequaquam.

Convulſis itaque objectis Cani opinionis (44), remanet nunc oſtendendum, Contrahentes Sacramenti Matrimonii Miniſtros, nec non eorum verba formam eſſe aſſerentem veram eſſe. Et cum ad duo genera hæc Theſis reducatur, nunc quoad primum, deinde quoad aliud probaturus ero.

Primitus enim anctoritate Concilii Florentini ſub Eugenio IV. in Decreto Armenorum (45) clare probatur. Inquit enim: *Cauſſa efficiens Matrimonii regulariter eſt mutuus conſenſus, per verba de præſenti expreſſus*. Quid plura? Nonne enim Concilium hic agit de Matrimonii Sacramento (46)?

Pro-

ANIMADVERSIONES.

(44) Obo' Gratulentur ei de parta victoria, deque proſtrato hoſte Diſſertatoris Amici, & Epinicia canant. *Dicite Io Pæan, & Io bis dicite Pæan*.

(45) Melius dixiſſet: *In Decreto pro inſtructione Armenorum*: quod Decretum non ab Œcumenica Synodo Florentina, ſed ab Eugenio IV. abſoluto jam per diſceſſionem Græcorum Concilio, editum fuit. Vide Nat. Alex. in hiſt. ſæc XV.

(46) Ignorat fortaſſe Blaterator iſte, non omnia, quæ in eo Decreto tradnntur, ad fidem pertinere, atqua non pauca in eo legi, quæ ab Scholaſticorum libris deſumpta ſunt, ſed a recentioribus Theologis jure meritoque improbantur. Atque ut cetera omittam, nonne hoc ipſum, quod hic adducitur, nempe indiviſibile eſſe matrimonium, quia conjunctionem Chriſti cum Eccleſia ſignificat, ab omnibus eſt improbandum, ut pote Scripturarum veritati contrarium? Fuit enim indiviſibile Matrimonium ab initio, quum eſt a Deo in primis parentibus inſtitutum; nec incepit eſſe tale tunc ſolum, quum elevatum eſt a Chriſto ad dignitatem Sacramenti, & ad ſignificandam conjunctionem ipſius cum Eccleſia. Verum admiſſo Eugenii decreto, certum, exploratumque eſſe dicimus, Eugenium noluiſſe ibi aſſignare, quæ ſit materia, quæ forma, quive Miniſter hujus Sacramenti. Quum enim aliorum Sacramentorum materiam, & formam & miniſtrum diſtincte aſſignaſſet his verbis: *Materia hujus Sacramenti &c.* de Matrimonio nihil dixit ejuſmodi; quod nempe intelligeret, rem inter Theologos adeo controverſam in ſuſpenſo eſſe relinquendam. Cur igitur ait, cauſſam effectricem conjugii eſſe mutuum conſenſum, agit de vinculo Matrimonii, abſtrahendo a ratione Sacramenti: quod vinculum omnino eſſe indiſſolubile affirmat, & cujus efficientem cauſam non immerito aſſignat mutuam conſenſum, ex hoc enim, uti ſupra diximus, reſultat ne-

xus

Profecto: inquit enim, ſeptimum eſſe Sacramentum. Cauſſa efficiens &c. Quænam enim eſt cauſſa efficiens Sacramenti, niſi illa, quæ vere, & proprie ipſum efficit? Deinde poſt pauca idem Concilium pergit, & aſſignat bonum Matrimonii: ait enim: *Primum eſt proles ſuſcipienda, & educanda ad cultum Dei.* Aſt cum educatio prolis ad cultum Dei ſit effectus Sacramenti Matrimonii, ſequitur, revera Concilium citato in loco de Matrimonii Sacramento verba proferre. Aliud autem bonum Matrimonii id Concilium aſſignare videtur. Ait enim: *Indiviſibilitas Matrimonii propter hoc, quod ſignificat conjunctionem Chriſti cum Eccleſia.* Quodnam eſt illud, quod ſignificat conjunctionem Chriſti cum Eccleſia, niſi Matrimonium, ut eſt verum Sacramentum? Et eo magis quod Concilium in Decreto Armenorum ipſos in rebus, quæ ad Sacramenta pertinebant, inſtruere voluit, quia ipſi Armeni ipſorum Sacramentorum, non vero illarum rerum, quæ non ignorabant, inſtructionem petierunt. Ipſi enim ſciebant, Matrimonium, ut Contractum, validum eſſe, cum quotidie apud

ANIMADVERSIONES.

xus, ſeu vinculum illud, in quo eſſentia poſita eſt Matrimonii, ut eſt humanus contractus. Ita Eugenii verba interpretantur Auctores Catechiſmi Concilii Trident. parte 2. de Matrim. num. 6. *Cum dicunt, conjugium eſſe conſenſum Maris, & feminæ, hoc ita accipiendum eſt, conſenſum ipſum Matrimonii cauſſam effectricem eſſe, quod Patres in Concilio Florentino docuerunt. Etenim obligatio, & nexus oriri non poteſt, niſi ex conſenſu, & pactione.* Neque refert, quod additur, loqui ſcilicet Eugenium de ſeptem novæ legis Sacramentis, inter quæ Matrimonium recenſet. Id equidem ultro fatemur. At ſatis fuit Summo Pontifici, Armenos docere, Matrimonium ſeptimum eſſe Chriſtianorum Sacramentum. Quæ vero ſubdit de cauſſa ipſius efficiente, ſpectant Matrimonium, non quatenus Sacramentum, ſed quatenus eſt humanus contractus, ex quo vinculum reſultat indiſſolubile. Id ita eſſe oſtendit mutata loquendi ratio, qua uti ſolet Eugenius in aliis Sacramentis: ſtatim enim ut dixit e. g.: *Primum omnium Sacramentorum eſt Baptiſmus*, ſubdit: *Hujus Sacramenti materia &c.* At in preſenti argumento conſectam loquendi rationem mutans ſimpliciter ait: *Cauſſa efficiens Matrimonii &c.*, non *hujus Sacramenti*, ne ſcilicet, quod jam adnotavimus, rem definiret hinc inde in Scholis agitatam.

apud ipſos fieret. Dicendum eſt, quod, ſi ipſi Summum Pontificem de Matrimonio interrogaverunt, de Matrimonio quidem, ut Sacramentum, inſtructionem petierunt (47). Si enim Concilium appellat hoc Matrimonium Sacramentum, & ejus effectus eſſe educationem prolis ad cultum Dei, nec non indiviſibilitatem conjunctionis Chriſti cum Eccleſia, & ipſi Armeni, quatenus eſt verum Sacramentum, inſtructionem petierunt, ſequitur profecto, dum dicit Concilium; cauſſam efficientem Matrimonii eſſe mutuum conſenſum, de Matrimonio in ratione Sacramenti clare verba proferre.

Præterea Innocentius cap. *Quanto* de Divort. docet, Matrimonia Infidelium eſſe vera, ſed non rata, quia non ſunt Sacramenta (48): contra vero Matrimonia Fidelium eſſe vera, & rata, quia Sacramenta ſunt. Dicuntur autem Matrimonie, quæ Sacramenta non ſunt, non eſſe rata, quia non habent illam omnimodam indiſſolubilitatem, quam hebent ea, quæ ſunt Sacramenta. Quare cum Concilium Tridentinum Matrimonia clandeſtina vera, & reta fuiſſe declaraverit,

ANIMADVERSIONES.

(47) Quam imperitus Eccleſiaſticæ hiſtoriæ Diſſertator! Non petierunt ſpeciatim Armeni, ut de Matrimonio erudirentur, ſed generatim poſtularant primo unionem cum Romana Eccleſia, deinde inſtitutionem de dogmatibus, & ritibus ejuſdem. Unde neceſsa non erat, ut in Inſtitutione de Matrimonio ratio ſolius heberetur Sacramenti, non etiam contractus, quum iſte ſit Sacramenti materies.

(48) Matrimonia Infidelium vera, & noe rata Innocentius III. appellat, non quod Sacramenta non ſint, ſed ob defectum Baptiſmi, ex quo habet Matrimonium, quod ratum ſit, atque omnino firmam. Nam ſi unus infidelium conjugum ad fidem convertatur, altero in infidelitate ſua pertinaciter obfirmato, ille a prioris conjugii vinculo eſt ſolutus, ita ut ei liceat ed ſecunda vota tranſire. Veram ſi uterque fidem amplectatur, eorum Matrimonium vi baptiſmi ratum evadit, nec tamen efficitur Sacramentum. Abeat ergo rudis hic verborum Conſarcinator, ac melius interpretari canones addiſcat, neque, tamquam ex mente Innocentii doctiſſimi Pontificis, deinceps aſſerat, Matrimonia Infidelium non eſſe tata, quia non ſunt Sacramenta, Fidelium vero eſſe, quia ſunt.

rit, certe negari non poteſt, quin etiam Sacramenta fuiſſe declaravetit (49).

Hoc deinde ratione confirmatur. Si vera eſſet Cani opinio, non poſſemus ex Scripturis; & Conciliis oſtendere Conjugii Sacramentum. Neque immerito dicunt Hæretici, hoc Sacramentum ab hominibus, idque recens excogitatum fuiſſe (50). Nam in Scripturis habemus quidem, Matrimonium Fidelium eſſe

ANIMADVERSIONES.

(49) Matrimonia clandeſtina vere & rata fuiſſe declaravit Tridentinum quoad civilem contractum, & fœdus, nexumque perpetuum, antequam Patres in Concilio ea impoſterum irritarent, non autem quoad rationem Sacramenti: irrita vero ea declarans nihil innovavit de hujus Sacramenti forma, ſed aliquod dumtaxat de ipſius materia, ut ſcilicet matrimonia clandeſtina, quæ antea vere habebantur & rata in ratione contractus, ideoque materia Sacramenti, talia deinceps non eſſent. Cetèrum audiat Diſſertator celebrem Concilii hiſtoricum Card. Pallavicinum, lib. 23. cap. 9. hæc ſcribentem: *Numquam declaravit Concilium, clandeſtina matrimonia fuiſſe Sacramenta, adeo ut graves Theologi id negent.*

(50) Longe quidem melius quam vulgares Scholaſtici, demonſtrant ex ſacris litteris veri Theologi Canisſectatores, Matrimonium eſſe novæ legis Sacramentum, non lato, ſed preſſo proprioque ſenſu. At quoniam Heterodoxi Scripturarum teſtimonia illud præſertim Apoſtoli ad Epheſios. 5. *Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia*, ſuis diſtortis interpretamentis eludere conantur, aliud magis peremptoriam ad id demonſtrandum deſumitur illi argumentum ex perpetua, & conſtanti Eccleſiæ traditione in actis Conciliorum, & Patrum ſcriptis contenta. Porro non alia ratione demonſtratur Patrum, & Conciliorum auctoritate, Matrimonium eſſe verum propriumque Sacramentum, niſi ex eo quod aſſerunt, nuptias ſanctificari, & ſacras fieri Sacerdotali benedictione. Jam ſi Sacerdotalis illa benedictio eſſet accidentaria dumtaxat cæremonia, tota hujus argumenti vis evaneſceret; tuocque non amplius poſſet Catholicum dogma ex PP. Conciliorumque teſtimoniis oſtendi. Quapropter merito Canus animadvertit, ſententiam ſuam, quæ noſtra eſt pariter, eſſe refellendis hæreticis altera longe aptiorem. Contra vero Sententiarum Magiſter, qui adverſæ Scholaſticorum opinionis eſt Coriphæus, ex uno in alium errorem prolapſus eſt, ut iret inficias, Matrimonio vim ineſſe gratiæ conferendæ: qua profecto ſublata ſupereſt, ut ſit quidem Sacramentum

 nomi

eſſe Sacramentum, ſed novæ alicujus formæ, aut Miniſtri veſtigium nullum in iis reperimus. Quare ſi forma, & Miniſter

ANIMADVERSIONES.

nomine tenus, non autem re ipſa. Quum enim in ritibus, verbis, ac miniſteri contrahentium nihil deprehenderet, quod eccleſiaſticum ritum a gentili diverſum referret, arbitratus eſt, præter nudam, ac ſimplicem ſignificationem, quam habet, unionis Chriſti cum Eccleſia, nihil præterea Matrimonio ineſſe, unde gratiam, ſicut cetera Sacramenta, conjugibus conferret. Quæ ſane opinio nihil diſtare videtur ab Heterodoxorum doctrina, qui fateri quidem non renuunt, Matrimonium eſſe Sacramentum lato ſenſu, prout ſignificat Chriſti cum Eccleſia conjunctionem, negant autem illud eſſe in ſenſu proprio, quum non habeat promiſſionem, & vim gratiæ adjunctam. Sed adhuc a nobis poſtulat Diſſertator, ut ei expreſſam in ſacris literis hujus Sacramenti formam indigitemus. Quod tunc exacte præſtabimus, quum ipſe pariter nobis oſtenderit expreſſas ibidem formas Sacramentorum Confirmationis, Ordinis, Pœnitentiæ, & Extremæ Unctionis. Noverit ergo vir bonus, non omnium Sacramentorum formas in ſacris Litteris haberi expreſſe deſignatas, ſed pleraſque, inter quas etiam Matrimonii forma cenſetur, traditione teneri; ac ſtupeat, ſe ratiocinatione ſua tacite cum hæreticis conveniſſe, qui Confirmationem, Pœnitentiam, Ordinem, Extremam Unctionem, & Matrimonium e Sacramentorum albo expungunt, quod eorum formæ, atque inſtitutionis verba in ſacris Litteris non habeantur expreſſe, ac duo tantum Sacramenta admittunt, Baptiſmum, & Euchariſtiam, quam Cœnam appellant. Verum agedum, oſtendamus etiam Anonymo Diſſertatori hujus Sacramenti tum Miniſtrum, tum formam in ſacris Litteris, modo ipſe nobis concedat, ut ad eas exponendas Patrum doctrina utamur. Jam paullo ante adnotavimus, pleroſque Patres docuiſſe, tunc Chriſtum ſanctificaſſe nuptias, ideſt ad dignitatem Sacramenti elevaſſe, quando in Cana Galilææ iis adfuit præſens, ac benedixit: *Venerabiles eſſe nuptias*, inquit inter alios Epiphanius hæreſi 67. *ac Dei aſpirante gratia cæleſte regnum obtinere, quis vel ex eo non agnoſcat, quod ad nuptias invitatus Salvator ipſe fuerit, ut iis benediceret?* Quis porro in Eccleſiaſticis, diviniſque functionibus, ac præſertim in Sacramentorum diſpenſatione, Chriſti perſonam gerit, niſi ſolus Sacerdos? Soli igitur Sacerdotes in perſona Apoſtolorum, qui aderant hujus Sacramenti inſtitutioni, conſtituti ſunt a Chriſto ejus benedictionis Miniſtri, qua ipſe primo nuptias ſanctificavit, quaque impoſterum in ipſius nomine ſanctificari deberent. Habes itaque ex ipſamet inſtitutione Sacramenti Matrimonii, quis ſit ſacer ejus Miniſter, quæ ſacra forma.

Digitized by Google

ſter Contractus Matrimonii ſit etiam forma, & Miniſter Sacramenti Matrimonii, forma, & Miniſter hujus Sacramenti in divinis Litteris perſpicue demonſtrabitur. Si vero ſit alia forma quærenda, aliuſque Miniſter, alibi certe, quam in divinis Litteris iſta quærenda erunt.

Eo vel maxime, quia Matrimonia inter legitimas perſonas, eaſque chriſtianas, abſque eo quod a Sacerdote ulla verba proferantur, continent vinculum inſolubile unius cum una, vel non continent. Si continent, ergo ſunt vera novæ legis Sacramenta. Nam illud vinculum eſt res Sacramenti, ut Auguſt. docet lib. de bono conjug. cap. 7. (51).

Et

ANIMADVERSIONES.

(51) Theologum, ac Logicum eximium ubique ſe prodit Anonymus: hic vero ſapientiam ſuam evidentius manifeſtat, dum ex eo, quod Matrimonia Chriſtianorum ſunt inſolubilia, infert ea eſſe Sacramenta, ac ſi tunc ſolum cœperit eſſe inſolubile Matrimonium, quando eſt ad Sacramenti dignitatem evectum. Nos ipſum refellemus eadem ratione, qua uſus eſt Chriſtus Dominus ad refellendos Phariſæos ipſum maligne interrogantes, an liceret viro uxorem dimittere Matth. 19. *Non legiſtis*, inquit, *quia qui fecit hominem ab initio, maſculum & feminam fecit eos? Et dixit: Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una. Itaque jam non ſunt duo, ſed una caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non ſeparet*. Habet ergo Matrimonium ex ſui primæva inſtitutione, ac jure divino tum naturali, tum poſitivo, non autem ex ratione Sacramenti, quod ſit inſolubile. Unde Concil. Trid. ſeſſ. 24 cap. unico de Matrimonio inquit: *Matrimonii perpetuum, indiſſolubilemque nexum primus humani generis parens divini ſpiritus inſtinctu pronunciavit, cum dixit: Hoc nunc os ex oſſibus meis &c.* Ratio quidem Sacramenti quamdam firmitatem majorem communicat Matrimonio Fidelium, quia perfectius & in Baptiſmo, & in Matrimonio exprimitur unio perpetua, & indiſſolubilis Chriſti cum Eccleſia ſive per Incarnationis myſterium, ſive per gratiæ influxum: ad quam Sacramenti rationem recurrit ſæpiſſime Auguſtinus, ut ſuam aſſerat vinculo conjugali firmitatem, ac perpetuitatem: *Uſque adeo*, inquit lib. de bono conjug. cap. 7. *fœdus illud initum nuptiale cujuſdam Sacramenti res eſt, ut nec ipſa ſeparatione irritum fiat*. Hæc tamen amplior firmitas, & indiſſolubilitas, quæ accedit Matrimonio ex ratione Sacramenti, ei non eſt

in-

Et illa eſt cauſa, cur Matrimonia Infidelium, etiam legitima, & conſumata ſolvi poſſint per converſionem alterius Conjugis 1. ad Corinth. 7., quia nimirum non ſunt Sacramenta (52). Itaque illud vinculum inſolubile eſt res ſupernaturalis, & Sacramenti divini effectus, quoniam ubi illa eſt, ibi etiam Sacramentum neceſſario eſſe debet.

Si vero non continent illud vinculum, ergo ſolvi poſſunt; saltem in aliquo caſu cum Eccleſiæ diſpenſatione, & multæ uxores duci poſſunt a Chriſtianis, modo ſine benedictione Sacerdotali ducantur (53). Nam ſi vinculum unius cum

una

ANIMADVERSIONES.

intrinſeca, ſed extrinſeca, uti cum Baſilio Pontio Theologo Auguſtinenſi declarat, & probat Tournely de Matrim. quæſt. 5. art. 2.

(52) In hoc, quod affirmat Anonymus, Infidelium Matrimonia, etiam legitima, & conſumata, quia Sacramenta non ſunt, per conjugum alterutrius converſionem diſſolvi poſſe, idque ait, ex Apoſt. 1. ad Cor. c. 7. probari, intolerandam ignorantiam oſtendit, nimiumque abutitur patientia noſtra. Apoſtolus ne laudato in loco docet, vinculum conjugale per alterutrius conjugis converſionem ad fidem diſſolvi, qui contrarium ibidem aperte jubet. *Si quis*, inquit, *frater uxorem habet infidelem, & hæc conſentit habitare cum illo, non dimittat illam*. Hinc Innocentius III. cap. *Quanto de Divortiis* ait: *Per Sacramentum Baptiſmi non ſolvuntur conjugia, ſed dimittuntur peccata*. Utique permittit ibi Apoſtolus Infideli ad fidem converſo, ut ſe a conjuge ſeparet, ſi iſte in infidelitate perſtans velit ab eo diſcedere: attamen hujuſce permiſſionis rationem ipſemet aſſignat, quod nimirum alter prior eſt diſceſſione ſua ſeparationis cauſſa, nec tenetur Fidelis prioris vinculi ſervituti manere ſubjectus, ac vitam agere cœlibem, ſi alter conjux Infidelis ab eo ſeparetur; non autem quod per ipſam converſionem unius conjugis, prioris vinculum conjugii diſſolvatur, quod ex Sacramento non traxerit indiſſolubilitatem: *Si infidelis*, inquit Paulus, *diſcedit, diſcedat; frater enim, & ſoror non eſt ſervituti ſubjectus in hujuſmodi*. Conſentanee huic Apoſtoli doctrinæ Innocentius III. cap. cit. tres enumerat caſus, in quibus Infidelis converſus poteſt ſoluto priore vinculo ad alias nuptias tranſire: *Si alter infidelium conjugum ad fidem Catholicam convertatur, altero vel nullo modo, vel non ſine blaſphemia divini numinis, vel ut pertrahat ad peccatum mortale, ei cohabitare volente: qui relinquitur, ad ſecunda, ſi voluerit, vota*

tran-

Google

nia inſolubile ex Sacramento naſcitur, & hic nullum eſt Sacramentum, quid prohibet iſta Matrimonia multiplicari, vel ſolvi? At inauditum eſt in Eccleſia Catholica, ut legitime contracta, & conſumata Matrimonia per ullam diſpenſationem ſolvantur, aut multiplicentur, etiamſi abſque miniſterio Sacerdotum celebrata ſint. Immo Concilium Trid. ſeſs. 24. in decr. de Matrimoniis Clandeſtinis, eadem cauſa fecit inhabiles homines Chriſtianos ad ea Matrimonia contrahenda, quia judicabat, non poſse ulla ratione diſsolvi Matrimonia, quamvis clandeſtina, ſi legitime contraherentur, & tamen videbat expedire omnino, ut hujuſmodi Matrimonia vel non fierent, vel facta dirimerentur.

Hoc per conſequens probat etiam, verba a Sacerdote prolata, quæ ſunt. *Ego conjungo vos &c.* non eſse formam Sacramenti Matrimonii. Et quinam eſt homo ille, qui veritatem tam perſpicuam negare audeat (54). Etenim Concilium

ANIMADVERSIONES.

tranſibit. Et in hoc caſu intelligimus, quod ait Apoſtolus: Si infidelis diſcedit, diſcedat &c. Hinc etiam facilius percipietur, quod in præcedenti animadverſione dictum eſt, majorem illam firmitatem, atque indiſſolubilitatem, quæ Matrimonio ex ratione Sacramenti accedit, extrinſecam eſſe, non intrinſecam: *Quia*, inquit Baſilius Pontius lib. 1. de Matrim. cap. 14. *extrinſecam tollit ſolubilitatem, hoc ſenſu, quod ex caſibus, in quibus ſupremus omnium Dominus diſpoſuit Matrimonium diſſolvi, ceſſat jam in baptizatis caſus ille, in quo diſſolvitur Matrimonium in favorem baptizati. Unde ea ſignificatio conjunctionis Chriſti cum Eccleſia non eſt ejus inſolubilitatis cauſa, ſed ſignum a poſteriori, quo intelligimus, jam ceſſaſſe divinam illam diſpoſitionem, qua diſpoſuit, ut Matrimonium Infidelium, altero converſo ad fidem, altero vero nolente cohabitare, diſſolveretur.* Tandem ex caſu ab Apoſtolo deſignato argumentari recte quis nequit, matrimonia Infidelium intrinſece, & ex natura ſua non eſſe inſolubilia, quia non ſunt Sacramenta: nam etiam Fidelium Matrimonia, quæ rationem habent Sacramenti, per Religioſam Profeſſionem diſſolvi poſſunt.

(53) Quis ferat hominem tam inepte, beſtialiterque ratiocinantem?

(54) Ego Jacobus Alopixius Philalethes cum Eccleſiæ Patribus, ac ſapientioribus cujuſvis ævi Theologis, & omnibus iis, qui non ſunt veteris ſcholæ præjudiciis occupati.

lium Tridentinum fatetur, ſe poteſtatem habere aliquid addendi, vel mutandi in Sacramentis, ſalva tamen eorum ſubſtantia (55). Inquit enim Seſs. 21. c. 2., *hanc poteſtatem perpetuo in Eccleſia fuiſſe, ut in Sacramentorum diſpenſatione, ſalva eorum ſubſtantia, ea ſtatueret, vel mutaret, quæ ſuſcipientium utilitati, ſeu ipſorum Sacramentorum venerationi, pro rerum, temporum, & locorum varietate, magis expedire judicaret.* At idem Concilium ſeſs. 24. cap. 1. de reform. Matrim. præcipit, ut matrimonia impoſterum fieri debeant coram Parocho, & debea profarre hæc verba. *Ego conjungo vos &c.* Quæ varba manifeſtiſſime oſtendunt, numquam talia verba ſpeſtare per ſe ad formam Sacramenti Matrimonii. Etenim Concilium aliquid ad ſubſtantiam Sacramenti Matrimonii addaret de novo, cum ipſe dicat, tantum habere poteſtatem addendi, vel mutandi aliquid, ſalva ſemper eorum ſubſtantia.

Præterea quamquam Eccleſia poteſtatem acceperit a Deo, formas aliquorum Sacramentotum daterminandi in ſpecie (56), ut

ANIMADVERSIONES.

(55) Concil. Trident. nihil novi circa hujus Sacramenti ſubſtantiam conſtituit, ſed veterum PP. doctrinam præ oculis habens, Concilii præſertim Carthagin. IV. ſtatuit, ut deinceps quælibet conjugia in faciem inirentur Eccleſiæ, nac valida aſſent amplius in rationa contractus, niſi etiam celebratantur ſacris cæremoniis per Eccleſiæ Miniſtros, ac ſimul fietant Sacramenta. Dum antem præſcribit, ut Parochus atatur bis verbis: *Ego conjungo vos &c.* formam quidem Sacramenti communem, at minime novam, ſed antiquam deſignavit: eam quoqae ad recitata verba ita non coarctavit, ut alia nafas ſit Sacerduti adhibere pro Eccleſiarum recapto more, dummodo benedictionem, precationemque contineant, & effectum Sacramenti ſignificent. Sciebant enim Tridentini PP. in benedictione quidem Sacerdotali ſacri conjugii formam ex inſtitutiona Chriſti neceſſario eſſa poſitam: quibus autem ea varbis conflata aſſat, parum, aut nihil referra, modo in varietata varborum ſoni differantia ſenſus quoque varietatem non involvat.

(56) Ab Ecclaſiæ doctrina longa aberrat Anonymus, dum putat, Chriſtum Eccleſiæ poteſtatam faciſſa quorumdam Sacramentoram formas in ſpecia determinandi. Eſt anim fidei dogma, Chriſtum omnia novæ legis inſtituiſſa Sacramenta. Hoc autem veritate ſua

ut patet de forma Sacramenti Confirmationis, & Ordinis. Hæc autem forma una & eadem eſse debet, & ab omnibus Eccleſiis particularibus uſurpari, & adhiberi (57). Cum autem

ANIMADVERSIONES.

ſue minime conſtaret, niſi Chriſtus ea immediate, ac ſpecifice, ſingulorum materiam & formam in ſpecie determinando, inſtituiſſet; Qui enim intelligi, ac dici poteſt Chriſtus omnium Sacramentorum Auctor, & Inſtitutor, ſi omnium pariter formas ſpecifice, diſtincteque non deſignavit: quum formæ ſint illæ, quæ rebus quibuſcumque dant ſpeciem, ut ajunt Philoſophi? Sane ſi veteris legis omnia Sacramenta, quæ tamen infirma erant, & egena, nec quemquam ad veram Sanctitatem perducere ex ſe poterant, Deus ipſe immediate, ac ſpecifice inſtituit: quidni pariter credendum erit de omnibus novi fœderis Sacramentis? Neque eſt, quod ex Scripturarum ſilentio quis cavilletur. Nam in Scripturis ipſis hujus veritatis teſtimonium habetur ſufficiens. Teſtatur Lucas Act. 1. Chriſtum poſt reſurrectionem diſcipulis per dies quadraginta apparuiſſe, & cum eis de Regno Dei loquutum eſſe, ideſt de Eccleſia ædificanda, & adminiſtranda. Ad ædificationem autem, & adminiſtrationem Eccleſiæ præcipue pertinent fides, & Sacramenta. Credendum eſt igitur, Chriſtum per id temporis intervallum Sacramenta, illa inſtituiſſe, eaque adminiſtrandi modum Apoſtolos docuiſſe, de quibus ſilet Evangelica Hiſtoria. Hinc apposite S. Leo M. ſerm. 1. de Aſcenſ. *Non ergo ii dies, qui inter reſurrectionem Domini, aſcenſionemque fluxerunt, otioſo tranſiere decurſu: ſed magna in his confirmata Sacramenta, magna ſunt revelata myſteria.* At ideo putandum non eſt, Chriſtum omnium, & ſingulorum Sacramentorum verba, quibus eorum formæ conſtarent, ſyllabatim determinaſſe; hoc enim, præter Baptiſmum, & Euchariſtiam, de nullo alio probari poſſe fatemur: ſed idcirco aſſerimus, eum immediatum Sacramentorum omnium Auctorem, quia omnium, & ſingulorum materiam, & formam in ſpecie, licet non omnium in individuo præſcripſit. Sic e. g. Confirmationis materiam ſanxit eſſet manuum impoſitionem, & formam invocationem Spiritus Sancti ad robur: quibus autem verbis hæc invocatio fieret, quia neceſſarium non erat, non curavit. Sic etiam Sacramenti Matrimonii materiam voluit eſſe contractum civilem ſponſorum verbis completum, Sacerdotis benedictionem ejus formam: quibus vero verbis in individuo hæc benedictio exprimeretur, indeterminatum reliquit.

(57) Nequidem in aliis Sacramentis, quæ in adminiſtratione coe-

autem Concilium Tridentinum de Matrimonii Miniſtro, ac de Parocho loquens præſcribit, ut exquiſito utriuſque Conjugis conſenſu, proſerat hæc verba: *Ego vos conjungo &c.*, vel aliis utatur juxta receptum uniuſcujuſque Provinciæ ritum, ſequitur, præfata verba rationem formæ non habere, quia non relinqueret in poteſtate cujuſcumque Eccleſiæ ea deſignare (58). Aſt mihi inoteſcit, docere, ſatis eſſe uti verbis æquivalentibus. Etenim Concilium ibi nullam mentionem facit de verborum æquivalentia, ſed abſolute dicit: *aliis utatur verbis* (59).

Eo vel maxime, quia referunt nonnulla Ritualia, ut aſſerit Martenius Volum. 2. de antiquis ritibus, in quibus extant ubique preces Sacerdotum multæ, ſed ſpectant omnes ad benedictionem Annuli, Coronæ, Thalami (60) nec in eis

---

ANIMADVERSIONES.

conſiſtunt, una eademque individua forma iiſdem verbis conſtans, ab omnibus Eccleſiis adhibetur, licet una eademque ſit apud omnes quoad ſpeciem, & ſignificationem.

(58) Non propterea liberum fecere Tridentini PP. unicuique Sacerdoti uti verbis juxta cujuſque Provinciæ ritum, quod ea verba non putarent, rationem formæ habere, ſed quod probe noſſent, utendum quidem eſſe ex Chriſti inſtitutione verbis benedictionis, quæ autem eſſe deberent in individuo hujuſmodi verba, Chriſtum non determinaſſe.

(59) Statim ac Concilium ſanxit, ut Sacerdos uteretur verbis a ſe præſcriptis, vel aliis juxta ſuæ Provinciæ ritum, tacita ſignificavit, alia verba æquivalentia eſſe debere, adeo ut benedictionem continerent, quam Chriſtus hujus Sacramenti ſpecificam formam inſtituit.

(60) In benedictionibus Annuli, Coronæ &c benedictio improprie, indirecte, & mediate afficit res illas inanimes, proprie autem, directe, & immediate ipſos conjuges; ideoque tametſi nulla adjecta eſſet ſpecialis, & expreſſa conjugum benedictio, prior illa eſſet adhuc forma ſufficiens Sacramenti. Quum enim res inanimes ſpiritalis benedictionis ſint prorſus incapaces, quotieſcumque benedicuntur, earum benedictiones ad Fideles, qui eiſdem uti debent, diriguntur, uti patet in omnibus hujuſcemodi benedictionibus, quas legere eſt in libris Liturgicis. Dum ergo Annulus, Corona, vel Thalamus benedicitur, per eam benedictionem conjuges vere, proprie, ac directe benedicuntur.

eis apparet alicujus Sacramentalis formæ veſtigium. Et quod res ita ſe habeat, præſcribit Rituale Salisburgenſe pag. 264: *Matrimonium in facie Eccleſiæ inter vos me annuente contractum Deus confirmet, & Ego illud approbo, atque ſolemnizo in nomine Patris &c.* (61) Deinde Dominicus Soto volum. 2. in IV. Sent. pag. 161. ait, in quibuſdam locis adhibitam a Sacerdote formulam hanc eſſe: *Ego vos ſponſo, & Sacramentum confirmo* (62): & in aliis iſtam: *Quod Deus conjunxit, homo non ſeparet*. Quæ quidem Ritualia clare oſtendunt, Sacerdotem, dum profert verba, ſupponere jam confectum Sacramentum; & aliunde hujuſmodi Ritualia ex ipſis Conciliis orta erant.

Quid plura? Mirandum non eſt, ſi in Sanctis Patribus, Conciliiſque perſuſe legatur, *nuptias ſanctificari Sacerdotum precibus, & oblationibus*, additque Ambroſius, *Sacerdotali velamine*. Ergone velamen, & oblatio pertinent ad Sacramenti ſubſtantiam? Nequaquam (63). Itaque nihil aliud ex Patri-

ANIMADVERSIONES.

(61) Hæc quoque formula nonne ſolemnem exprimit benedictionem, quam demonſtravimus formam eſſe hujus Sacramenti?

(62) Dum Sacerdos ait: *Ego vos ſponſo* perinde eſt, ac ſi diceret: *Ego vos conjungo &c.* Quibus verbis formam pronunciat Sacramenti, quod ſequentibus confirmat. Dicendo etiam: *Quod Deus conjunxit, homo non ſeparet*; Sacerdos ipſiſmet Chriſti verbis, ac Dei nomine Matrimonium benedicit, jam equidem in ratione contractus, non autem in ratione Sacramenti confectum. Hic vero ſemel admonuiſſe ſufficiat Diſſertationis Auctorem, nos ex eorum Scholaſticorum numero non eſſe, qui, teſte Martene de antiq. Eccl. ritibus tom. 2. lib. 1. in illis verbis: *Ego vos conjungo &c.* formam hujus Sacramenti conſtituunt. Conſtantem enim aſſerimus Matrimonii formam eſſe benedictionem a Chriſto inſtitutam, ſed nullis determinatis verbis, alligatam, & a Sacerdote in ipſius nomine conjugibus impertiendam, ideoque mirum non eſſe, ſi Eccleſia, varias hujus Sacramenti adminiſtrandi formulas permittit, quum omnes in eo conveniant, quod benedictionem quamdam conjugum ſpiritualem contineant.

(63) Diſtinguat oportet Anoymus inter cæremonias, ab Eccleſia in Matrimonii celebratione adhibitas, illas, quæ ſunt eſſentiales, ab accidentariis. Primi generis eſt benedictio, quam Sacerdos Dei no-

Google

tribus, Conciliiſque infertur, niſi nuptias in faciem Eccleſiæ celebrandas, ut ſecernantur a contuberniis nefariis, & ſolemnitate, atque benedictione Sacrorum Miniſtrorum firmiorem nexum, honeſtatemque Chriſtianam acquirant (64). Enim vero Patres eadem ratione deteſtantur nuptias occulte benedictas (65), ut conſtat ex cap. *Nullus* 30. q. 5., ac Turonenſe Concilium ſub Nicolao V. cap. 12., aliique Canones eaſdem nuptias clam a Sacerdote benedictas prohibent ſub pœna excommunicationis, quamquam in caſu non deſit ſententia Recentiorum. Occultas autem conjunctiones Concilia, & Patres damnarunt, ad evitanda peccata ex conjugiis Adulterinis. Quare Martyr Ignatius ad Polycarpum ait: *Nuptias in Domino celebrari, ſi fiant Epiſcopi arbitrio, & non ad concupiſcentiam explendam.*

En

ANIMADVERSIONES.

nomine conjugibus impertit, eaque ſemper, & ubique fuit ab Eccleſia adhibita: ceteræ vero, uti preces, velamen, oblatio, ſunt dumtaxat accidentariæ, nec ſemper, & in omnibus Eccleſiis adhibitæ, quemadmodum benedictio. Hujus ſecundi generis pariter eſt illa benedictio, quam Eccleſia denegat ſecundis, & ulterioribus nuptiis, quas tamen ea benedictione eſſentiali benedicit, quæ prioribus nuptiis confertur, quæque in Rituali Rom. his verbis legitur expreſſa: *Deus Abraham &c. ipſe vos, conjungat, impleatque benedictionem ſuam in vobis, & ego conjungo vos in nomine Patris &c.*

(64) Nihil ne aliud ex Patribus, Conciliiſque infertur? Relege, quæ diximus num. 13. 14. 21. 22. 23.

(65) Fallitur, alioſque fallere vult Diſſertator, dum ait, eadem ratione Patres, & Concilia damnaſſe nuptias occulte benedictas, quia præceperunt, eas eſſe in faciem Eccleſiæ celebrandas. Ideo namque præceptum eſt ab iis, ut nuptiæ in Eccleſia celebrentur, quia non alio modo ſanctificari poſſunt, ſeu, quod idem eſt, fieri Sacramenta, atque adeo a prophanis conjugiis, licet honeſtis, ſecerni, quam ſacra illa benedictione, quam per Sacerdotes Miniſtros ſuos Eccleſia, immo Chriſtus ipſe conjugibus novis impertit. At vero nuptias occulte a Sacerdote benedictas execratur Eccleſia, non quia non ſunt Sacramenta, ſed quia quum ſint Sacramenta, atque ut talia ſint actiones Eccleſiæ publicæ, nefas eſt omnino eas fieri occulto; ac præterea ne adulteriis, & nefariis conjugiis detur occaſio.

Google

Eo vel maxime quia ex quo Cani opinio eſt omnino nova, ex quo rurſus efficitur, aut Cani opinionem falſam eſſe aut certe totam Eccleſiam in re graviſſima multis ſæculis erraſſe (66). Nam ſi Cani opinio vera eſſet, erraſſent Theologi

ANIMADVERSIONES.

(66) Quænam verborum ſyntaxis hæc eſt: *Ex quo Cani opinio eſt nova, ex quo rurſus efficitur &c.* Cani ſententiam non eſſe novam, ſed ipſiſſimam continere Eccleſiæ doctrinam, ſatis ſuperque jam eſt demonſtratum. Quare neutrum efficitur, aut eam eſſe falſam, aut Eccleſiam in re graviſſima multis ſæculis erraſſe. Si ex duabus in hac quæſtione adverſis opinionibus altera habenda foret recens & nova, hæc eſſet profecto Scholaſticorum opinio. Etenim novum eſt & in Eccleſia inauditum, Laicos eſſe ordinarios Sacramenti alicujus Miniſtros. Novum, quod Chriſtus aliquorum Sacramentorum formas in ſpecie non determinaverit. Novum, quod alicujus Sacramenti forma in prophanis verbis poſita ſit, quæ apud Fideles pariter ac infideles ſe habent, eumdemque referunt ſenſum. Novum, quod Sacramentorum formæ nutibus & ſignis valeant ſuppleri. Ex hac opinandi novitate prodierunt tot illa falſa, & commentitia, quæ Scholaſtici Doctores confinxere, ut civilem hunc, humanumque contractum Chriſti, & Eccleſiæ Sacramentum eſſe tuerentur: quæ quidem pleraque infidelibus valide nugatoria ſunt, fidelibus autem parum ſolida. Unus e. g. dicit, Contrahentes ipſos eſſe materiam hujus Sacramenti: alius non ipſos, ſed conſenſum: hic geſtus, & nutus, qui a viro, & femina exceptis verbis adhibentur: ille prioris loquentis verba materiam eſſe affirmat, poſterioris formam &c. Quæ utinam graviter, vere, aut ſaltem probabiliter dicerentur, ne jure ab hæreticis rideremur. Quorſum autem attinet in re graviſſima pueriliter, ne dicam ridicole, philoſophari? Quorſum in re ad fidem, & Religionem pertinente tanta varietas, & incoſtantia? *Non enim*, ajebat Hieronymus, *poteſt umquam verum eſſe, quod diverſum eſt* & rurſus: *Verum non eſſe, quod variat, etiam maledicorum teſtimonio comprobatur.* Erraſſet utique Eccleſia, ſi definiviſſet, tamquam de fide habendum, quod Scholaſtici ob ignorantiam Eccleſiaſticæ antiquitatis hac in re docuerunt. At quamvis centena millia Scholaſticorum contrarium nobis ſentiendo erraverint, quod ultro fatemur, non ſequitur propterea, erraſſe quoque cum illis Eccleſiam. Hæc enim imprimis non ex iis ſolis conſtat: præterea non defuerunt eodem tempore qui recte ſentirent; ac tandem

logi omnes, qui docebant, Matrimonia clandeſtina, & alia ſine Miniſtro Eccleſiaſtico celebrata, ut vera Sacramenta habenda, ac veneranda eſſe. Errantibus autem Theologis, erraſſent pariter & Parochi, & Epiſcopi, & ipſorum Populi (67). Judicium enim Theologorum in rebus ſacris Paſtores ſequi ſolent (68). Imo Canus ipſe loco notato affirmat, Concilium nihil de materia, & forma hujus Sacramenti definire voluiſſe (69); quia nihil de ea re a Theologis definitum

ANIMADVERSIONES.

Eccleſia perpetua ſua praxi in hujus Sacramenti adminiſtratione ſemper oſtendit, ſe Scholaſticorum opinioni nequaquam adhæſiſſe, nec agnoviſſe umquam cum iis, ut vera Sacramenta, Matrimonia, quæ ſine Sacerdotis benedictione, qua ſola nuptiæ ſacræ fiunt, celebrantur. Quid plura? Eccleſia ipſa Romana, omnium Mater, & Magiſtra, in Rituali antiquo edito a F. Alberto Caſtellano Ord. Præd. an. 1494. expreſſe docuit, verba benedictionis a Sacerdote prolata eſſe formam hujus Sacramenti. Tantum abeſt, ut ipſa vanas quorumdam Pſeudo-Theologorum opinationes adtenderit.

(67) Error ſpeculativus Theologorum influere nequit in praxim Epiſcoporum; Sacerdotum, ac plebis Chriſtianæ, ut eam vitioſam & erroneam efficiat. Nam ſive una, ſive altera opinio Sacerdotibus probetur, praxis tamen adminiſtrandi hoc Sacramentum una eſt, atque eadem apud omnes.

(68) Non hujus vel alterius Theologorum ſectæ, ſed Eccleſiæ judicium in rebus ſacris conficiendis, miniſtrandiſque Paſtores ſequi debent.

(69) Admirare in hoc, Diſſertator Excellentiſſime, tum Cani ſinceritatem, tum etiam Concilii prudentiam, quod rem noluit definire, quam novit eſſe inter Theologos controverſam. Sed ſimul errorem ſupinum adverte, in quem nolens incidiſti, dum ais, Concilia Œcumenica judicare juxta communius Scholarum, ac ſimul diſcas, Concilia judicia ſua exigere ad ea, quæ ſcripta ſunt, vel tradita a viris divinitus inſpiratis, non autem ad Scholaſticorum opiniones, etiam communiores: alias multo plura eſſent ab Eccleſia definita, quæ tamen numquam definierunt, quia ſufficiens non habetur aut in Scriptura, aut in Traditione ea definiendi fundamentum. Quod ſi in aliquibus Conciliis quidpiam interdum præſcriptum invenitur juxta communiorem Theologorum ſententiam, id, ſi quidem definitum fuit, idcirco factum eſt, quia communis Theologo-

Google

tum invehebat. Quod ſi Concilia Œcumenica judicant juxta communius Scholarum; quanto magis privatim ſinguli Paſtores?

Nimius etenim eſſem, ſi de hac re rationes omnes ponere vellem (70). Hac plane de cauſſa, ne tædio Lectori afficiar

---

ANIMADVERSIONES.

logorum ſententia ex Scripturis, aut ex Traditione immediate, aut ſaltem mediate eruebatur: ſi vero non fuit de fide credendum definitum, ad ea duntaxat, quæ fidei ſunt, commodius exponenda eſt aſſumptum. Singuli porro Paſtores judicium ſuum & praxim conformare debent judicio, & praxi totius Eccleſiæ, non autem cuilibet ſine delectu præconceptæ Scholæ opinioni.

(70) Melius, ac ſolidius fortaſſe opinioni ſuæ conſuluiſſet Anonymus, ſi tot manibus rationibus ſilentio prætermiſſis, hanc unam attuliſſet, quæ majorem difficultatis ſpeciem præfefert, quæque deducitur ex eo; quod ſi quando contingat, virum, & feminam inter ſe conjugium inituros, inopinantem Parochum adire, & coram eo, quamvis invito, & reluctante, ac duobus teſtibus, mutuum in conjugium conſenſum exprimere, atque inde ſtatim ſeſe ſubducere, quin Parochus ullam, niſi forte objurgationis, verbum protulerit; Eccleſia quidem eorum matrimonium ratum habet, eſto pro culpa pœnam iis infligat, non tamen illos compellit, aut ſaltem hortatus ad ſuum contractum legitime, conſuetiſque adhibitis ſacris ritibus renovandum coram eodem Parocho, cujus benedictione fiat Sacramentum: quod profecto facere deberet, ſi verum eſſet, quod aſſerimus, atque hæc eſſet Eccleſiæ doctrina, ne ſcilicet Fideles eo modo copulati perpetuo careant gratia, quæ ex Sacramento Matrimonii in eos derivatur. Verum hujus argumenti nodus facile diſſolvitur, reſpondendo, hanc etiam ſemper Eccleſiæ fuiſſe mentem, atque ſententiam, Matrimonia non fieri per Sacerdotis benedictionem Sacramenta, niſi eodemmet actu, quo per mutuum ſponſorum præſentium conſenſum exterius expreſſum contrahuntur, adeoque ſollicitam non eſſe Eccleſiam de præfatis conjugiis validis jam ratione contractis, debito ritu ſacro inſtaurandis. Quod ſi Fideles ſic copulati gratia Sacramentali privantur, ſibi hoc imputent, qui contra Eccleſiæ præſcriptum contraxere, quemadmodum ii qui ante Concilium Tridentinum clanculum matrimonia inibant.

ciat (71), concludatur oportet, quod quemadmodum ex Patribus, Conciliis, ac ratione ſatis compertum fuit, Contrahentes Sacramenti Matrimonii Miniſtros, nec non eorum verba formam eſſe; hinc fit, quod alacriori vultu veram eſſe antiquiorum ſententiam dicere poſſum (72).

F I N I S.

ANIMADVERSIONES.

(71) Quum toties in hac male digeſta lucubratione Priſcianus ab Anonymo vapulaverit, hunc poſtremo ad Ludi Magiſtrum dimittimus ſcutice vapulandum. An vero idem ex Patribus, Conciliis, & ratione compertum fecerit, Contrahentes Sacramenti Matrimonii eſſe Miniſtros, eorumque verba ipſius formam, judices ſedebunt ſapientes Theologi.

(72) Blandiatur ſibi, quantum voluerit, de veritate ſuæ opinionis in hunc modum vindicata Diſſertator Anonymus: nos modeſtiæ limitibus contenti, potiori quodam jure aſſerere poſſumus Melchioris Cani, aliorumque ſummorum Theologorum ſententiam eſſe veritati proximiorem, ac tum Sacramenti dignitati tuendæ, tum refellendis Novatorum objectis aptiorem, nec non veterum PP. Conciliorumque doctrinæ, & perpetuæ Eccleſiarum omnium praxi magis conſentaneam. Ulterius etiam dicere non veremur, ſententiam noſtram eſſe oppoſita tutiorem. Tutior nempe ille ſententia eſt, de qua Theologorum nemo unus dubitat: Sed omnes ad unum fatentur, conjugium Eccleſiaſtico ritu a Sacerdote benedictum verum eſſe Sacramentum; contra graviſſimi Theologi pernegant, ſine tali benedictione hoc Sacramentum conſtare. Ergo tutior eſt noſtra, minus tuta contraria opinio. Atqui ex decreto Innocentii XI. quum duæ probabiles opiniones in utramque partem a Theologis propugnantur, in re Sacramentaria, tutiorem debemus amplecti. Eſt igitur in hac quæſtione alacri animo ampleſtenda noſtra, altera rejicienda. Forte ne inficiabitur quiſquam, noſtram vel eſſe probabilem, ut inde facilius neget, eam eſſe tutiorem? At eius negationi opponemus Sapientiſſimi Pontificis Benedicti XIV. affirmans judicium, qui lib. 8. de Synodo cap. 13. *Cani ſententiam, tot Doctorum ſuffragiis communitam*, non modo probabilem, verum etiam *valde probabilem*; contrariam vero, licet communiorem, non tamen probabiliorem appellat.

Hæc

ANIMADVERSIONES.

Hæc ſerio, & attente perpendat Anonymus Diſſertator, eumque pudeat, ſe neceſſariis Grammaticæ, Dialecticæ, ac Theologiæ præſidiis deſtitutum, in arenam hanc, nobiſcum certaturum deſcendere voluiſſe: nobis autem grati animi officium referre non pigeat, quod ipſi tenebras ab oculis diſpulerimus, ut inde perſpicue noſſet tum permultos errores, in quos neſciens prolapſus fuerat, tum plura Theologica dogmata, quæ antea ignorabat. Monitum poſtremo eumdem volumus, quicquid contra Animadverſiones has noſtras ipſe reponere voluerit, nos rem amplius habere nolle cum homine, qui nec differendi artem, nec, de quo differat, novit, Theologi enim cum ſimus, cum ejuſdem dumtaxat facultatis hominibus diſputare nobis in animo eſt, a quibus etiam quorumvis erratorum, ſi quæ admiſimus, argui nos facile patiemur.

PARÆNESIS AD SACERDOTES ECCLESIÆ CATHOLICÆ.

AD vos modo ſermonem meum converto, Eccleſiæ Catholicæ Sacerdotes, queis paſtoralis ſollicitudinis pars, & animarum regendarum cura eſt commiſſa. Tota veſtra eſt, quam hiſce Criticis Animadverſionibus egi, cauſſa. Veſtre eſt auctoritas miniſterii, quam pro viribus vindicare ſtudui adverſus nonnullos, qui præconceptis ſemel opinionibus nimium occupati, eandem in Laicos, inutili tamen conatu, adhuc transferre contendunt. Vos igitur eſtis ſoli Chriſti Miniſtri, ejuſque Myſteriorum, inter quæ locum obtinet etiam Matrimonii Sacramentum, diſpenſatores. Hoc ille idem docet Apoſtolus, qui Chriſtianorum Matrimonium Magnum appellat Myſterium in Chriſto, & in Ecclaſia. Hoc docent veteres Patres omnes quotquot de conjugii Sacramento dixerunt, qui non alia ratione ſanctificari nuptias credidere, quam Sacerdotis benedictione. Hoc docent Concilia, præſertim Carthaginenſe IV. ſtatuens, ut ob reverentiam Sacerdotalis benedictioois prima nnptiarum nocte conjuges abſtinerent: Lateranenſe IV. ſub Innocentio III. diſtricte vetans, *ne pro benedicendis nubentibus, ſeu pro aliis Sacramentis conferendis aliquid exigatur*; in quod decretum hæc habet Gloſſa:

Pro

Google

Pro benedictionibus nubentium aliquid accipi prohibetur, quia per eas gratia confertur: Viennenſe ſub Clemente V. canone, qui refertur in Clementinis cap. *Religioſi*, eodem ordine ponens Extremæ Unctionis, Euchariſtiæ, & Matrimonii adminiſtrationem: Conſtantienſe, ſeu potius Martinus V. in Conſtitutione, quæ legitur ad calcem illius Concilii, *ſolemnizationem Matrimonii Sacramentum appellans*: Tridentinum, Parocho ſoli adſerens miniſterium conjungendi ſolemniter ſponſos: nec non alia Concilia tum Provincialia tum Diœceſana permulta, quæ hoc loco ex ordine referre longum foret. Hoc denique docent vetera omnia Euchologia ſive Græcorum, ſive Orientalium, & Ritualia Latinorum, quæ legi poſſunt apud Goar in Euchol. Græc. & Martene de Antiq. Eccl. Rit. in quibus omnibus ſolus Sacerdos ſacro fungens Miniſterio nuptias benedicit, ſponſiſque bona cuncta precatur a Deo, quæ Matrimonium ſpectant. Itane porro putandum eſt, Eccleſiam Catholicam Matrimonii celebrationem ſemper, & ubique Sacerdotibus ſuis demandaſſe, ſolemnemque illud adminiſtrandi ritum exacte adeo, atque uno ubique ſenſu iiſdem præſcripſiſſe; ut eos dumtaxat eſſe voluerit hujus Sacramenti nudos teſtes, aut ad ſummum accidentariæ cœremoniæ, qua gratiam quidem Sacramentalem a Deo poſtularent, ſed minime conferrent, Miniſtros: Laicis vero Contrahentibus præcipuam Miniſterii partem reliquerit, ut ſcilicet Sacramentum ipſi conficiant, ſibique mutuo Sacramenti conferant gratiam, verbis nihil tale omnino ſignificantibus, idque non clanculum, aut in neceſſitate, ſed velut ordinarii, ac ſoli Matrimonii adminiſtri? Dicent fortaſſe adverſæ opinionis Patroni, Eccle-

 ſiam

ſiam in hujus Sacramenti adminiſtratione. Sacerdotibus quidem totum id contuliſſe, quod in ſua erat poteſtate, non potuiſſe autem præcipuum Miniſterum ipſis tribuere, quoniam Chriſtus eoſdem voluit eſſe Matrimonii Miniſtros, ut eſt Sacramentum, qui ſunt ejus cauſſæ, prout eſt Contractus. At unde habent argutatores iſti, Chriſtum ita voluiſſe? Ex quonam auctoritatis fonte Laicos Contrahentes inſtitutos eſſe a Chriſto ſacri conjugii Miniſtros didicere? Quis veterum Doctorum id umquam affirmavit? A quonam Concilio traditum fuit? In quo Eccleſiæ ſive Orientis, ſive Occidentis Rituali præſcriptum? Nihil profecto ejuſmodi ab iis hucuſque productum eſt, aut impoſterum proferetur. Sed ratiunculas dumtaxat ipſi allegare ſolent, eaſque varias, ſophiſticas, & ineptas, quibus id unum incauti agunt, ut hujoſce Sacramenti veritas, ac dignitas infidelium ludibrio exponantur. E contra ſatis evidenter eſt a me demonſtratum ex ipſo perpetuæ Traditionis fonte, Chriſtum Dominum ad Sacramenti dignitatem conjugium tunc elevaſſe, quum nuptiis in Cana Galilææ præſens ipſe benedixit. Quum igitur demonſtratum pariter fuerit, Eccleſiam quovis in loco, & quovis tempore nuptias per Sacerdotes miniſtros ſuos benedicendo conſecraſſe, nec aliter putaſſe conjugia ſanctificari: colligitur propterea, id ex Chriſti inſtitutione per Apoſtolos derivata eam didiciſſe, ac ſenſiſſe perpetuo, Laicos quidem contractum conjugii mutuo conſenſu perficere Sacramentum vero dumtaxat ſuſcipere; Miniſtrum autem ejuſdem eſſe Sacerdotem, & benedictionem ab ipſo in Chriſti perſona, & nomine prolatam, qua ſponſos conjungens

bene-

benedicit, formam ipſius aſſe, vim inſtrumentalem efficiendæ gratiæ habentem. Porro mirum hoc eſt, ac prodigio ſimile, Laicos Contrahentes velle pro Sacramenti Miniſtris habere, quod in tota retro antiquitate nemo unus, qui dixerit, reperitur: Vos vero, Eccleſiæ Sacerdotes, a ſacro Miniſterio excluſos contendere, a quibus ſolis poſſe, ac debere nuptias benedici, & conſecrari, veteres Doctores, & Epiſcopi tum in Actis Conciliorum, tum in Ritualibus Libris, tum in aliis operibus unanimi conſenſu affirmarunt. Quid vero aliud inde conſequitur, niſi ut Catholicum dogma de veritate hujus Sacramenti penitus corruat, & evaneſcat? Si namque Patribus non adhibetur fides, quando aſſerunt, debere nuptias a ſolis Sacerdotibus benedici: quænam erit eiſdem credendi cauſa, dum nuptias inter novi fœderis Sacramenta conſtituunt? Et ſane qui tam præpoſtere judicant, qua ratione ſe ſe ab hoc argumento expedient; quod ad labefactandam ſacri conjugii veritatem, dignitatemque poſſet a Novatoribus adverſus eos in hunc modum inſtitui? „ Matrimonium eſſe Sacramentum „ gratiæ efficax, probari ſi aliquo modo poſſet, præcipue tum „ ex veteribus Patribus ajentibus nuptias Sacerdotali benedi„ ctione ſanctificari, tum ex antiquis Euchologiis, & Ritua„ libus, in quibus benedictiones ad nuptiarum conſecratio„ nem neceſſariæ præſcribuntur: Atqui ex hujuſmodi bene„ dictionibus fruſtra probare conamini, Matrimonium eſſe ſi„ gnum efficax gratiæ; has enim benedictiones ſoli fundunt „ Sacerdotes, qui, vobis ipſis judicibus, Sacramenti nuptia„ rum non ſunt Miniſtri; Nullam ergo habent vim gratiæ „ producendæ; Verba enim, quæ Sacramentalem effectum

„ affi-

„ efficaciter producunt, ſolus ille proferre poteſt, ac debet, „ qui eſt Sacramenti miniſter. Unde vero ex traditione habe„ tis, quod e Sacerdote fieri nequit, id e Contrahentibus ef„ fici, profenis ſcilicet hominibus, de gratia ne cogitanti„ bus quidem dum mutuo ſibi præbent conſenſum? Quæ iſta „ opinio eſt, Sacerdotis benedictionem, qua nuptiæ conſe„ crantur, nihil ad gratiæ productionem conducere, ad eam „ vero infundendam efficaciter operari conſenſum Contrahen„ tium, qui nuptias ineundo nil aliud plerumque agunt, vel „ intendunt, quam quod pariter ab Infidelibus intendi ſolet?“ Hucuſque Lutheranorum, & Calviniſtarum argumentum, cujus vim quomodo evadere quis valeat, niſi priore propoſitione, quæ vera eſt, admiſſa, fateatur etiam ſacri conjugii Miniſtrum eſſe Sacerdotem, ejuſque formam Sacerdotalem benedictionem, plane non video. Atque utinam hæc adtenderent Doctores illi Scholaſtici, qui, dum mordicus tenent, Matrimonii Miniſtros ſolos eſſe Contrahentes, faciunt incauti, ut hujus Sacramenti veritas contra Heterodoxos antiquitate defendi vix, ac ne vix quidem poſſit! Utinam inter alios hæc adtendiſſet Bellarminus! Numquam tam falſo, quam inepte contendiſſet, Melchiorem Canum, dum totis viribus probare conatur, Matrimonium ſine benedictione ab Eccleſiæ Miniſtro prolata celebratum non eſſe Sacramentum, illud etiam evincere, quantum in ſe eſt, nullum revera eſſe in Eccleſia Matrimonii Sacramentum. Nam e contra hæc duo in monumentis, ſerieque traditionis ſic indivulſe conjuncta eſſe, probe noverat Canus, & quod Matrimonium ſit Sacramentum, & quod nonniſi a Sacer-

dote

dote Miniſtro Eccleſiæ conſecrari poſſe, ut ſi ſecundum quis neget, neceſſariis argumentis ad primum quoque inficiandum adducatur; indeque motus eſt ad veterem doctrinam, pene jam oblivione ſepultam, totis viribus, inſtaurandam.

Si quis vero me roget, quidnam cauſsæ fuerit, ut, quum adeo luce clarius pateat, veritatem hujus Sacramenti ſtare non poſse, quin etiam ejus Miniſter aſseratur Sacerdos, & Sacerdotalis benedictio ipſius forma, adhuc tamen plures haud contemnendi Theologi in contrariam abierint ſententiam; reſpondeo, id mihi videri ex eo contigiſse, quod veluti certum, ac præjudicatum iidem habuerint, nullum omnino iniri poſse verum, ac ratum inter Catholicos Matrimonium, quin ſimul etiam ſit Sacramentum. Verum nihil falſum magis, quam quod ab illis certiſſimi principii loco eſt tam fidenter aſsumptum. Sicut enim ſtare poteſt Pœnitentiæ virtus in actibus Pœnitentis, quin etiam ſit Sacramentum, quod per abſolutionem a Sacerdote prolatam dumtaxat perficitur; ita quoque poteſt conſiſtere contractus Matrimonii, quin ei dignitas Sacramenti accedat. Id contigit aliquando in clandeſtinis conjugiis, quæ ante Tridentinum Eccleſia tamquam vera, & rata habuit uti contractus civiles, non autem uti Sacramenta; ſecus ſibi met contradixiſset perpetuo docenti, nuptias nonniſi Sacerdotis benedictione ſanctificari, hoc eſt fieri Sacramenta. Idque modo contigit in Matrimoniis, quæ interdum a viro & muliere Parochum, tamquam teſtem præcipuum inopinato advocantibus coram duobus aliis teſtibus contrahuntur. Quod ſi Eccleſia neque nunc clanculum, neque

nunc

nunc modo præfato Contrahentes compellit, ut iterum coram Parocho benedicente conſenſum repetant, ſicque recipiant Sacramentum, hoc non ideo eſt, quod ipſa pater conjugii Sacramentum ab iis jam eſſe confectum; ſed quod ejus mens, & ſententia ſit, tunc ſolum nuptias conſecrari, quando ſponſos Parochus primo conjungit, ac benedicit his, aut ſimilibus verbis: *Ego vos conjungo &c.* Quos autem conjunctos jam eſſe conſtat, non poſſe amplius Sacerdotem ſua benedictione, quam ipſi contempſerunt, vere conjungere.

Hæc vobis ob oculos compendio poſui, Venerandi Sacerdotes, ut hinc facile perſpiceretis, quam ſolidis innitatur fundamentis Cani, ſeu potius Eccleſiæ antiqua ſententia, quamque vana ſit, ac ſine ullo fundamento quorumdam Theologorum opinio, quæ tametſi latiſſime fuerit pervagata, ac tamdiu invaluerit, duodecimo tamen dumtaxat ſæculo audiri in ſcholis cœpit, adeo ut vel ob ſui novitatem, quæ in dogmatibus Eccleſiaſticis ſemper fuit erroris ſuſpecta, debeat ab omnibus merito reprobari. Tandem igitur ex integro dignitatem agnoſcite, qua vos unctione Spiritus Sancti Chriſtus Dominus inſignivit, ut pro eo legationis officio, quemadmodum in ceteris Sacramentis, ita & in Matrimonii celebratione fungeremini. Intelligite aliquando, quod eſtis, Miniſtri videlicet Chriſti, ejus nomine, & auctoritate nuptias conſecrantes, ſponſos legitime conjungentes, ac benedicentes, iiſque gratiam Sacramenti conferentes, quo caſto amore ſe diligant, ſancte filios educent, atque individuam vitæ ſocietatem pacifice, ac feliciter ſervent. Grato denique animo excipite laborem meum

meum, quo dum Eccleſiæ doctrinam aſſerere, ac propugnare ſategi, ſacri quoque Miniſterii partem vobis detractam, ac perperam in laicos translatam, vobis reſtitui, veſtræque dignitátis jura defendi.

99 935 377

Google